CIHM
Microfiche
Series
(Monographs)

ICMH
Collection de
microfiches
(monographies)

Canadian Institute for Historical Microredroductions/Institut canadien de microreproductions historiques

©2000

# Technical and Bibliographic Notes / Notes techniques et bibliographiques

The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming are checked below.

- [x] Coloured covers / Couverture de couleur
- [ ] Covers damaged / Couverture endommagée
- [ ] Covers restored and/or laminated / Couverture restaurée et/ou pelliculée
- [ ] Cover title missing / Le titre de couverture manque
- [ ] Coloured maps / Cartes géographiques en couleur
- [ ] Coloured ink (i.e. other than blue or black) / Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)
- [ ] Coloured plates and/or illustrations / Planches et/ou illustrations en couleur
- [ ] Bound with other material / Relié avec d'autres documents
- [ ] Only edition available / Seule édition disponible
- [ ] Tight binding may cause shadows or distortion along interior margin / La reliure serrée peut causer de l'ombre ou de la distorsion le long de la marge intérieure.
- [ ] Blank leaves added during restorations may appear within the text. Whenever possible, these have been omitted from filming / Il se peut que certaines pages blanches ajoutées lors d'une restauration apparaissent dans le texte, mais, lorsque cela était possible, ces pages n'ont pas été filmées.
- [ ] Additional comments / Commentaires supplémentaires:

L'Institut a microfilmé le meilleur exemplaire qu'il lui a été possible de se procurer. Les détails de cet exemplaire qui sont peut-être uniques du point de vue bibliographique, qui peuvent modifier une image reproduite, ou qui peuvent exiger une modification dans la méthode normale de filmage sont indiqués ci-dessous.

- [ ] Coloured pages / Pages de couleur
- [ ] Pages damaged / Pages endommagées
- [ ] Pages restored and/or laminated / Pages restaurées et/ou pelliculées
- [x] Pages discoloured, stained or foxed / Pages décolorées, tachetées ou piquées
- [ ] Pages detached / Pages détachées
- [x] Showthrough / Transparence
- [ ] Quality of print varies / Qualité inégale de l'impression
- [ ] Includes supplementary material / Comprend du matériel supplémentaire
- [ ] Pages wholly or partially obscured by errata slips, tissues, etc., have been refilmed to ensure the best possible image / Les pages totalement ou partiellement obscurcies par un feuillet d'errata, une pelure, etc., ont été filmées à nouveau de façon à obtenir la meilleure image possible.
- [ ] Opposing pages with varying colouration or discolourations are filmed twice to ensure the best possible image / Les pages s'opposant ayant des colorations variables ou des décolorations sont filmées deux fois afin d'obtenir la meilleure image possible.

This item is filmed at the reduction ratio checked below /
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

| 10x | 12x | 14x | 16x | 18x | 20x | 22x | 24x | 26x | 28x | 30x | 32x |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | | | | | | | |

The copy filmed here has been reproduced thanks to the generosity of:

Bibliothèque générale,
Université Laval,
Québec, Québec.

The images appearing here are the best quality possible considering the condition and legibility of the original copy and in keeping with the filming contract specifications.

Original copies in printed paper covers are filmed beginning with the front cover and ending on the last page with a printed or illustrated impression, or the back cover when appropriate. All other original copies are filmed beginning on the first page with a printed or illustrated impression, and ending on the last page with a printed or illustrated impression.

The last recorded frame on each microfiche shall contain the symbol —► (meaning "CONTINUED"), or the symbol ▽ (meaning "END"), whichever applies.

Maps, plates, charts, etc., may be filmed at different reduction ratios. Those too large to be entirely included in one exposure are filmed beginning in the upper left hand corner, left to right and top to bottom, as many frames as required. The following diagrams illustrate the method:

L'exemplaire filmé fut reproduit grâce à la générosité de:

Bibliothèque générale,
Université Laval,
Québec, Québec.

Les images suivantes ont été reproduites avec le plus grand soin, compte tenu de la condition et de la netteté de l'exemplaire filmé, et en conformité avec les conditions du contrat de filmage.

Les exemplaires originaux dont la couverture en papier est imprimée sont filmés en commençant par le premier plat et en terminant soit par la dernière page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration, soit par le second plat, selon le cas. Tous les autres exemplaires originaux sont filmés en commençant par la première page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration et en terminant par la dernière page qui comporte une telle empreinte.

Un des symboles suivants apparaîtra sur la dernière image de chaque microfiche, selon le cas: le symbole —► signifie "A SUIVRE", le symbole ▽ signifie "FIN".

Les cartes, planches, tableaux, etc., peuvent être filmés à des taux de réduction différents. Lorsque le document est trop grand pour être reproduit en un seul cliché, il est filmé à partir de l'angle supérieur gauche, de gauche à droite, et de haut en bas, en prenant le nombre d'images nécessaire. Les diagrammes suivants illustrent la méthode.









MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART

ANSI and ISO TEST CHART No. 2




APPLIED IMAGE Inc

# CONCILIUM PLENARIUM
## QUEBECENSE PRIMUM

# RELATIO AMPLIOR
## CONGREGATIONUM PARTICULARIUM
## PATRUM CONCILII

QUEBECI
1909

BX 837 C213 1909 A2r 1909

# CONGREGATIONES PARTICULARES

REVERENDISSIMORUM PATRUM

CONCILII PLENARII CANADENSIS PRIMI

BIBL. ... UNIVERSITÉ LAVAL

# CONGREGATIONES PARTICULARES

## REVERENDISSIMORUM PATRUM

## CONCILII PLENARII CANADENSIS PRIMI

---

### CONGREGATIO PRÆVIA

### REVERENDISSIMORUM PATRUM CONCILII CANADENSIS PLENARII PRIMI

Die septembris septima decima anni reparatæ salutis millesimi nongentesimi noni, feria sexta, Patres primi concilii Canadensis plenarii hora nona ante meridiem convenerunt in aulam præcipuam domus Illustrissimi et Reverendissimi Archiepiscopi Quebecensis ut, præside Excellentia Sua Reverendissima Illustrissimo Domino Domino Donato Sbarretti, archiepiscopo Ephesino et delegato apostolico, examinarent universi et approbarent quidquid pertineret ad præparandum concilium. Excellentissimus Præses, dicta oratione "Adsumus, Domine Sancte Spiritus", latinam ad augustum cœtum eamque eximiam concionem habuit, qua primo loco quantum gaudeat exprimit adunato primo gentis et Ecclesiæ Canadensis concilio cujus legiferam potestatem ostendit et extollit. Revocat secundo loco in omnium memoriam quidquid theologi a reverendissimis archiepiscopis et episcopis Canadensibus electi, commissionibus prævis, laudabili admodum studio elaboraverunt, iisdem episcopis adspirantibus et dirigentibus, fuisse confectum. Tertio loco Excellentia Sua Reverendissima quis serenæ lucis, pacis, charitatis spiritus omnibus disceptationibus et deliberationibus sese infundere debeat ostendit et eas intus agere. Ultimo loco vivide depingit quos fructus hæ primitiæ conciliorum plenariorum polliceantur et spondeant ad gloriam Dei et Christi ejus, ad incrementum Sanctæ Matris Ecclesiæ animarumque salutis.

Tum Excellentia Sua Reverendissima nuntium legit quem telegrapho submarino mittet ad Sanctissimum Patrem nostrum Pium Papam Decimum gloriose regnantem, cui ferat nomine Patrum

Concilii testimonium venerationis altissimæ, filialis affectus, plenæ et integræ submissionis ex animo et adprecetur benedictionem apostolicam in Concilium ejusdemque labores.

Proponentibus Illustrissimis et Reverendissimis Archiepiscopis Ludovico-Nazario Bégin Quebecensi, et Paulo Bruchési Marianopolitano, Patres concilii nominaverunt ut secretarios suæ congregationis Illustrissimos et Reverendissimos Josephum-Alfridum Archambeault episcopum Joliettensem, et Alexandrum McDonald episcopum Victoriensem. Jubente Excellentia Sua Reverendissima, secretarii postea legerunt nomina synodalium et textum Manualis practici Concilii Plenarii Canadensis primi. Interim Excellentissimus Præses notam fecit augusto cœtui epistolam quamdam Illustrissimi et Reverendissimi Dowling episcopi Hamiltonensis qui, mala valetudine impeditus quin concilio intersit, orat ut repræsentari sibi liceat per procuratorem Admodum Reverendum Dominum Joannem-M. Mahoney: quod Patres Concilii ratum habuerunt, sicut et electionem Admodum Reverendi Patris J.-M. Jodoin, Oblati Mariæ Immaculatæ, ut vices gerat Illustrissimi et Reverendissimi Domini Breynat, Vicarii Apostolici Districtus Mackenzie, quem et rerum adjuncta procul a Concilio detinent. Tandem approbavere Patres ut Reverendissimus Pater Grand, superior provincialis Patrum Sancti Basilii in Torontina Diœcesi, repræsentetur in Concilio a Reverendo Patre Teefy. Reverendus canonicus Gaspardus Dauth admissus est ad Synodum ut Vicesgerens Rectoris in Universitate Lavallensi Marianopoli.

Tum Patres nominaverunt

1° Commissionem " judicum excusationum et causarum ", constantem ex Illustrissimis et Reverendissimis Archiepiscopo Marianopolitano, Episcopis Chicoutimiensi, Sherbrookensi, Chathamensi, Sanctæ-Mariæ Ormensis.

2° Commissionem " ad novas materias " constantem ex Illustrissimis et Reverendissimis Archiepiscopo Torontino, Episcopis Campivalliensi, Sancti-Alberti, Joliettensi, Victoriensi.

3° Promotores Concilii: Reverendissimos Cyrillum-Alfridum Marois, Protonotarium Apostolicum, Vicarium generalem Quebe-

censem, et Carolum-Octavium Gagnon, Prælatum domesticum Suæ Sanctitatis.

4° Secretarium Concilii : Admodum Reverendum [illegible] Lecoq, superiorem seminarii Marianopolitani a Sancto-Sulpitio.

5° Assistentes secretarios : Dominos Camillum Roy, F. Curran, J.-P. Tracey, Franciscum-Xaverium Piette.

6° Notarios : Reverendos Dominos J.-T. McNally et L.-C. Laflamme.

7° Magistros cæremoniarum : Reverendos Dominos J. Laberge, A.-M. Daoust, Urgellum Demers, J.-A. Langlois, Jos. Poitras.

8° Cantores : Reverendos Dominos L. Pelletier, G. Hanley, Ph.-B. Garneau, Ph. Fillion.

9° Ostiarios : Reverendos Dominos R. Gumont et C. Gagnon.

10° Cursores: Reverendos Dominos A.-A. Huard et J.-A. Robert.

Examinatis postea et approbatis titulis delegatorum venerabilium Capitulorum in ecclesiis tum metropolitanis, tum cathedralibus, Excellentia Sua Reverendissima declaravit, approbantibus Patribus, se absente præsidem congregationum Concilii futurum esse antiquiorem præsentem archiepiscopum.

Decisum est ad singulos pertinere Patres ut sui theologi suorumve theologorum solvat expensas, sumptus autem officialium Concilii sumptibus generalibus esse accensendos.

Patres Concilii vocem decisivam tribuerunt episcopis coadjutoribus et auxiliariis, Reverendissimo Abbati Nostræ Dominæ a Lacu, Administratoribus sedium vacantium et procuratoribus episcoporum absentium, consultativam autem vicariis generalibus, protonotariis apostolicis, prælatis domesticis et camerariis secretis Suæ Sanctitatis, rectoribus Universitatum et superioribus Majorum seminariorum, provincialibus congregationum religiosarum et vicariis generalibus eorumdem, pro-provincialibus qui resident in Dominio Canadensi et vices gerenti Provincialis Basilianorum Torontinorum.

Tum secretarii cœperunt legere officia variarum congregationum et officialium Concilii et sessio dilata fuit ad horam tertiam pomeridianam.

CONGREGATIO PARTICULARIS PATRUM CONCILII PRIVATA

*Pomeridiana, die septima decima septembris 1909.*

Facta prece "Adsumus" ab Excellentissimo Præside, relationes congregationis antemeridianæ a secretariis lectæ sunt gallica et anglica lingua et approbatæ.

Illustrissimus et Reverendissimus Episcopus Sancti-Alberti notum facit Patribus a se ut suum theologum electum fuisse Reverendum dominum Audomarum Cloutier Quebecensem et Illustrissimus Victoriensis sibi dominum R. Guimont item Quebecensem adscitum fuisse ad id ipsum munus. Reverendus Dominus Franciscus Pelletier cantor nominatur loco Domini Audomari Cloutier. Patres Concilii ad suas congregationes particulares admittunt administratores sedium vacantium, procuratores absentium episcoporum et Reverendissimum Abbatem Nostræ Dominæ a Lacu, necnon auxiliarios episcopos.

Proponente Illmo et Rmo Archiepiscopo Marianopolitano, Reverendus Dominus Stanislaus Lortie, professor in Universitate Lavallensi Quebecensi, eligitur ut secretarius Concilii adjunctus, et proponente Illmo et Rmo Archiepiscopo Quebecensi, statuitur ut accessus eidem adjuncto secretario pateat ad congregationes particulares Patrum Concilii, si quando abfuerit secretarius generalis admodum Reverendus Carolus Lecoq, quem Patres Concilii in matutina congregatione jusserant adesse solito eisdem congregationibus.

Pergunt secretarii legere palam Manuale Concilii practicum.

Patres approbant ut duo tantum sint notarii et Dominum J. Laberge instituunt magistrum cæremoniarum principem. De constituendis informandisque variis commissionibus quæ schemata Concilii primum discutient, Excellentia Sua Reverendissima cœtum certiorem facit ultimo quo archiepiscopi convenerant tempore statutum fuisse commissiones futuras esse septem numero, quarum unicuique præsit archiepiscopus et ut præses adjunctus antiquior suffraganeus singularum provinciarum ecclesiasticarum. Quod si uterque absit, præses commissionis uniuscujusque elegerit vices gerentem qui sui locum teneat.

Quoniam, ita volente Deo Optimo Maximo, desideratissimus Dominus J.-T. Duhamel archiepiscopus Ottawiensis, post factam distributionem commissionum, abiit e vivis, septima commissio et servabit examinandam materiam primæ commissioni assignatam et præsidem habebit Illmum et Rmum Dominum Lorrain, episcopum Pembrokensem, et ut præsidem adjunctum Illmum et Rmum Dominum Brunault, episcopum Nicoletanum.

Omnes materiæ ( seu schemata ) Concilii inter has septem commissiones dispertitæ sunt. Ordo quidem titulorum et decretorum fuit aliquantum mutatus atque ita mutatus servabitur in determinando ultimo textu Concilii. Verum in examinandis schematibus apud commissiones, cœtus synodales et congregationes Patrum, retinebitur priscus ille titulorum et decretorum ordo qui fuerat primum propositus. Quæ Rmorum Archiepiscoporum placita Patres confirmaverunt unanimes.

Proponente Illmo et Rmo Archiepiscopo Quebecensi, duo statuuntur unanimi consensu : 1° Singulis episcopis integrum quidem esse ut pro libitu huic vel illi intersint ex septem commissionibus ; attamen singulos uni proprii ex illis iri destinatum : 2° omnes et singulos invitatos ad Concilium admissum iri ad cœtus commissionum et inter illas distributum.

Proponente Episcopo Victoriensi, Patres Concilii approbant indices hic adjungendos, ab Excellentia Sua Reverendissima præparatos, quæ unaquæque commissio schemata sit inspectura, qui episcopi, invitati, theologi singulis sint adfuturi. Statuitur insuper posse præsidem commissionum, approbante Excellentia Sua Reverendissima, transferre eos qui uni commissioni adsciti sint ad alteram, modo postea consentiant suffragio Patres.

Proponente Archiepiscopo Marianopolitano, in id omnes conveniunt ut quidquid decernitur Manuali practico Concilii a singulis episcopis diligenter consideratum, recognitum approbetur in forma debita, in proxima Patrum congregatione, postquam si cui placuerit reformanda indigitaverit et judicaverint Patres.

Differtur congregatio ad horam octavam vespertinam et preces offeruntur ut offerri solent.

TERTIA CONGREGATIO PATRUM CONCILII

*Die 17 septembris anni 1909, congregatio vespertina*

Dicta ab Excellentissimo Præside oratione "Adsumus", legitur gallice et anglice relatio congregationis pomeridianæ : approbatur a Patribus non secus atque Manuale practicum ex toto ita tamen ut tenor decreti septimi de secreto servando et libello restituendo intelligatur de promissione solemni, non de vero jurejurando. Petentibus pluribus inter Patres, quidam theologi ab una commissione ad aliam moti sunt. Index vero cum ultimo loco describendus adprobabitur in congregatione proxima.

Tum Excellentia Sua Reverendissima magni momenti negotium indicat : scripsisse scilicet Eminentissimum Raphaëlem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem Merry del Val, Sanctitati Suæ a secretis Status, die vigesima secunda augusti litteris sub numero tricies novies millesimo ducentesimo vigesimo secundo suaderi a nobilissimo viro laico ut archiepiscopi et episcopi Canadenses, quando sunt adunati in Concilium plenarium, dicant Suæ Majestati Regi et Imperatori Eduardo Septimo, quantum ipse ametur ab universis catholicis in Dominio Canadensi viventibus, quantum omnes illi sint fideliter subditi, quantique faciant eam qua regnante Britannia libertate fruatur Ecclesia Catholica, signanter in tota qua late patet regione Canadensi. Ita faciendum universi Patres judicant. Brevem nuntium sub oceano vibrandum major Patrum numerus præfert epistolæ : quem nuntium paucis verbis concipiet Reverendissimus Dominus McEvay, archiepiscopus Torontinus, et referet ad Patres in Congregatione particulari feria secunda proximæ hebdomadæ.

Unanimes quoque Patres sanxerunt scriptum iri ad eamdem Majestatem Suam regem Britanniæ desiderare se cum omnibus episcopis, clericis, catholicis Angliæ, ut expungatur a formula jurisjurandi quod Rex Britanniæ nuncupat quum coronatur, quidquid contumeliæ ea formula irrogatur quibusdam doctrinis nostræ catholicæ fidei qua nihil nobis est antiquius. Scribent Peterboroughensis et Chicoutimiensis epistolam a congregatione Patrum approbandam.

Facta prece discessum est.

## CONGREGATIO PARTICULARIS EPISCOPORUM PRIMA

*Feria secunda 20 septembris 1909 ante meridiem.*

Recitata precatione ad Excellentissimo Præside, utraque relatio tum gallice tum anglice scripta de congregatione serotina sabbati ultimi adprobata est, Patribus tamen petentibus ut e relatione gallice concinnata delerentur voces " post longam disceptationem " (utrum videlicet datis litteris an misso nuntio telegraphico submitteretur regi et imperatori Britanniæ testimonium fidelitatis et amoris erga Suam augustam Majestatem). Conventum quoque est ab utroque secretario confectum iri relationem unam de congregationibus episcoporum in archivo conservandam.

Excellentia Sua Reverendissima notum facit venerando cœtui hesterna die per telegraphum reverendissimum Thomam-Josephum Shahan, rectorem Universitatis catholicæ Washingtoniensis, nomine dictæ Universitatis, fausta omnia adprecatum esse Patribus et plenario Concilio. Proponente Marianopolitano, consentientibus Patribus, Excellentia Sua Reverendissima responsum Concilii gratesque recitet telegraphico filo mittendos et præsenti relationi adnectendos.

Quo tempore quove ordine sessiones solemnes habendæ sint et exequiæ pro defunctis episcopis et peregrinatio Synodi ad venerabile Sanctuarium Sanctæ-Annæ de Bello-Prato, jam indictum in Manuali practico rursumque confirmatum est simul cum designatione Antistitum qui solemnibus hisce in cœtibus concionaturi sunt.

Placet etiam ut tres epistolæ mittantur a Patribus Concilii, una ad Sanctitatem Suam Pium Papam decimum, altera ad Sacram Congregationem Concilii et Eminentissimum Cardinalem eidem Congregationi Præfectum, et tertia ad Eminentissimum Præfectum S. Congregationis de Propaganda Fide. Proponente Campivailensi, Patres rogaverunt ut Excellentia Sua Reverendissima ipsa provideat litteris exarandis ; quibus benigne annuit.

Archiepiscopus Quebecensis non renuit scribere pastoralem epistolam Patrum Concilii ad clerum fidelemque populum Cana-

densem de spiritu christiano et catholico, modo adjuvetur a Marianopolitano et Halifaxiensi, quod et concessum est.

Excellentia Sua Reverendissima exponit Patribus epistolam et commentarium annexum missum singulis episcopis Concilii a Societate vel concilio Canadensi ad reformandos mores civium et societatis " The moral and social reform Council of Canada " quo commentario Patres invitantur ut cum dicta societate conspirent ad plura sancienda legibus quæ ad eam morum emendationem socialisque convictus pertinent. Lecta epistola Domini Shearer cum annexo commentario proponit Peterboroughensis, favente Chathamensi, ut epistola commentariusque tradantur commissioni " ad novas materias ". Verum Campivallensis, favente Torontino, primam propositionem emendans, postulat ut epistola Domini Shearer linquatur deposita in tabula Concilii quod britannico usu significat "prætermittatur" seu "ignoretur" singulis episcopis remanente libertate integra respondendi quod sibi cuique placuerit, et major Patrum numerus huic emendationi favet.

Proponente Joliettensi, statuitur ut prælo cusæ dentur synodalibus omnibus variæ conciones Excellentiæ Suæ Reverendissimæ tum ad Patres Concilii tum ad congregationes synodales.

Proponit idem Joliettensis, favente Archiepiscopo Sancti-Bonifacii, ut commissioni " ad novas materias " tradatur delineatio postulationis offerendæ Gubernio Fœderali ut lege puniantur conjuges qui concubitatum notorium agunt. Assensere omnes.

Monet Excellentissimus Præses cogi nos decreti *Ne temere* ut plura mutemus in quibusdam decretis de re sacramentaria.

Torontinus legit significationem fidelitatis mittendam telegrapho Suæ Majestati Regi et Imperatori Eduardo septimo, quæ plene approbatur, adjectis, petente Campivallensi, paucibus vocibus quibus indicatur Patres pro rege orare.

Proponente Marianopolitano, mille scutata conceduntur suffragio Patrum Reverendissimo Domino Aloysio-Adulpho Paquet, qui schemata Concilii digessit et exaravit ut pignus grati animi erga venerandum Prælatum qui immane quantum meruit de præsenti Concilio.

Proponente eodem Antistite Marianopolitano præside " judi-

cum excusationum " redire permittentur ad sua respectiva officia tum Reverendissimus Dominus Joussard, coadjutor Reverendissimi Domini Grouard, Vicarii Apostolici Districtus Athabaska, tum Reverendissimus Dominus J.-L. Guertin, Vicarius Generalis Sancti-Hyacinthi, admodum Reverendus Philippus Choquette, Superior Seminarii item Sancti-Hyacinthi et delegatus a capitulo cathedralis ejudem Ecclesiæ. Finis imponitur congregationi oratione consueta.

### CONGREGATIO PARTICULARIS EPISCOPORUM SECUNDA

*Feria sexta, 24 septembris 1909, hora nona et dimidia a. m.*

Facta oratione "Adsumus" ab Excellentissimo Præside, utraque relatio approbatur, observante tantum Reverendissimo Episcopo Sancti-Alberti ad se non pervenisse epistolam Domini Shearer. Quapropter in relatione gallice exarata vocibus : commentarius "ad singulos directus episcopos" substituitur "ad plures". Patres permittunt ut Rmus Dominus Aloysius-Adulphus Pâquet discedat, valetudinis causa, iter facturus in Europam.

Excellentia Sua Reverendissima congregationi notum facit Rmum Dominum Marois libenter in se sumpsisse ut ea omnia documenta custodiat quæ pertinent ad Concilium. Campivallensis rogat Excellentissimum Præsidem ut sibi liceat alloqui cœtum de re quæ ad se ipsum attinet privilegiumque suum (a matter of privilege). Annuente Excellentissimo Præside, idem Reverendissimus episcopus coram congregatione episcoporum protestatur in hunc modum :

" Heri solemnes exequiæ celebratæ sunt pro defunctis Canadensibus episcopis quorum veneranda memoria tanto pietatis affectu et eloquentia honorata est ut nihil supra possit exoptari. Quorum nos successores paucis diebus in Concilium plenarium adunati jure optimo nobismetipsis admovere possumus et tribuere quod de christianis in Actibus dicitur : cor unum eorum esse et animam unam, maxime si respiciatur devotio erga Ecclesiam et Sanctam Sedem Apostolicam, quæ parilis eademque est apud omnes et singulos de qua re vel levissimum dubium movere

nefas. Quæ dum ita sunt, longe lateque diffunditur in clerum et venalis prostat "publicatio" quædam seu commentum quod primum dispescitur in articulos commentarii cujusdam periodici mox colligendum in volumen et librum. Tertium enim operis volumen in promptu mihi est in cujus fine prænuntiatur quartum quintumque volumen eodem spiritu afflante conceptum.

" His periodicis ephemeridibus, pluribusque inde conficiendis tomis permansuris, magna violentia lacessitur plurium pontificum defunctorum carissima nobis memoria, plures e præcipuis institutionibus quarum beneficiis regio nostra ditatur, delegati Sanctæ Sedis et nonnulli episcopi adhuc superstites virique ecclesiastici. Quum ipse ego nominatim impugner, utor jure meo dum coram Patribus Concilii venerandis in episcopatu collegis meis vocem extollo contra ea quæ sparguntur in vulgus indiscreta, importuna, incompleta, partium studio arbitrioque selecta, contumeliosa, injusta, indeque nihil boni unquam orietur, neque enim alio tendent nisi ut relinquant astu inutili disputata quondam et dividant, mirante populo non plene iis de rebus edocto, institutiones, clerum, ipsos episcopos inter varios cœtus plus minusve secretos proportione puritatis fidei, devotionis erga Ecclesiam, submissionis erga Sedem Apostolicam, dum eodem universi amore prosequimur Papam, Ecclesiam, animas. Quare protestor contra editas "Voces Canadenses" (sic enim dicuntur) et (" Versus abyssum, " et contra conatus quibus hæc sparguntur apud nos ".

Proponente Joliettensi, favente Quebecensi, permittunt Patres ut officiales Concilii, promotores, secretarii cujuscumque gradus, notarii, magistri cæremoniarum, cantores, ostiarii, cursores partem habeant in commissionibus et congregationibus synodalibus. Excellentia Sua annuit optantibus ut ipse adjutus a Quebecensi suam singulis officialibus commissionem assignet. Statim Excellentissimus Præses proponit quæstionem de Ruthenis: Reverendissimis Archiepiscopis ea de re a Se interpellatis placuisse ut Patres Concilii plenarii investigarent qua potissime via res illa tam gravis ad felicem perduceretur exitum. Rogante Excellentia Sua Reverendissima, Illmi Langevin, Archiepiscopus

Sancti-Bonifacii, Legal, episcopus Sancti-Alberti, jam relationem porrexerunt, cui adjicit Excellentia Sua commentarium ad Patres Concilii directum ab utroque devoto sacerdote qui a ritu latino ad ruthenum sponte transierunt quo efficacius Ruthenis ministrarent. Tum Archiepiscopus Sancti-Bonifacii animadvertit jam plura subsidia provisa ut subveniretur Ruthenis, et Sancti-Bonifacii et Sancti-Alberti Ruthenorum pueris educandis dari operam : Oblatos Mariæ Immaculatæ, presbyteros Congregationis Sanctissimi Redemptoris, Patres Ordinis Sancti Basilii Magni, plures presbyteros sæculares jam magno studio et zelo iisdem deservire, quorum numerus profecto major relatus est vero numero eorum qui occidentales Canadæ tractus incolunt ; maximam nasci difficultatem ex diffidentia qua se Rutheni a gentibus latinis avertunt. Sperare se tamen ut tot conatibus cito satis felix respondeat exitus et orare ut episcopi quorum interest prius quæstioni simul studeant, placita pronunciaturi quæ Patribus Concilii postmodum submittantur. Confirmat hæc omnia Marianopolitanus et orat ut formetur commissio constans ex Archiepiscopo Sancti-Bonifacii et Venerandis suffraganeis ejusdem ut de Ruthenis investiget et referat ad Episcopos. Quod arridet universis.

Propositio tum facta est quam nondum hac vice approbavere Patres, ut prælo cuderentur ad suum usum schemata reformata, in quibus primo statim intuitu ope pinguiorum characterum innotesceret quod synodales in primævo textu emendarent.

Tum examinata sunt capita jam in congregatione synodali discussa. Titulo primo *De doctrinis fidei*, Capite primo *De revelatione*, emendationes in synodali congregatione approbatæ recipiuntur, duabus exceptis : in articulo primo, linea quinta, restituetur textus primigenius : "qua distinctione neglecta :" item in articulo tertio, linea septima, (prima linea paginæ secundæ) adverbium "supernaturaliter agens" vincit et servabitur. (1) Facta prece, discessum est.

(1) In his relationibus servatur ordo titulorum capitulorum et articulorum veteris Indicis, quem in fine hujus opusculi reperies.

TERTIA CONGREGATIO EPISCOPORUM

*Sabbato die, 25 septembris 1909 hora quarta pomeridiana*

Facta oratione, Excellentissimus Præses nomina vocat. Adsunt sex et triginta. Relatio ultimæ congregationis approbatur, notante solum Excellentissimo Præside se de commentario sibi tradito circa Ruthenos ab Archiepiscopo Sancti-Bonifacii, Episcopis Sancti-Alberti et Principis-Alberti non esse locutum, verum a seipso commentarium esse adumbratum ad quem usus est epistolis quas ab iisdem episcopis obtinuerat. Tum Kingstoniensis (Regiopolitanus), favente Torontino, suggerit ut omnia decreta in synodali congregatione examinata prælo cudantur adjectis si quæ factæ sint mutationibus italico aut crassiori charactere et exemplar unicuique Patrum Concilii quamprimum suppeditetur priusquam in Congregatione Patrum decretum trutinandum veniat. Omnes assenserunt.

Statuerunt quoque ut inter schemata, jam examinata apud synodales, omnia quæ citantur etiam e Sacris Scripturis non textui capitum interspergantur sed subjiciantur ad calcem paginarum.

Caput secundum *De fide* Tituli primi *De doctrinis fidei* approbatur, paucis mutatis. Scilicet, linea septima, adverbium "opportune" restituitur ex primitivo themate, suppresso inciso cui locum dederat apud synodales "quando honor Deo debitus vel utilitas proximi id exigit".

In capite tertio *De Deo* articulus *De pantheismo* sic incipiet : "Pessimus proinde pantheistarum error rejiciendus qui mundum hunc adspectabilem cum Deo confundit : satis enim superque patet mundum divinitus effectum a suo factore necessario distingui. Nec pantheisticam absurditatem vitant qui", etc.

Tum primum caput *De regularibus* ex titulo sexto *De personis religiosis* approbatum est, his tamen mutatis :

1° In articulo quinto, addita a synodalibus : "Si aliquis ordo", amandatur ad finem paragraphi, et sic legantur : "Si quis ordo religiosus speciale habeat indultum quo exemptus sit ab hac præscriptione, rogatur superior ut saltem communicet episcopo

nomina ejus diœcesanorum qui vitam religiosam amplecti cupiunt ".

2° In articulo quinto, linea octava, vocibus : "de licentia episcopi vel ejus vicarii" substituetur "ordinarii".

3° In articulo quinto linea sexta servantur vocabula : "Pius IX statuit..." ut in textu primitivo.

4° Proponitur ut in articulo septimo (sectione *a*), voci "religiosi" subrogetur "regulares". Qua de re ibitur ad suffragia in proxima congregatione.

Excellentia Sua Reverendissima notum facit ex officio nuntium insignem quem fune submarino sibi misit Sua Majestas rex Angliæ Eduardus septimus, respondens obsequio sibi a Præside et Patribus Concilii directo.

Legit quoque litteras quibus socii Sodalitatis Sancti-Joannis Baptistæ Marianopolitanæ suam fidem seque Ecclesiæ et decretis Concilii subjectos ex animo profitentur. Reverendus Dominus Camillus Roy, unus e secretariis, rescribere rogabitur et responsum porrigetur Patribus.

Congregationi preces recitandæ finis imponitur.

## CONGREGATIO PARTICULARIS EPISCOPORUM

*Feria secunda 27 septembris 1909 hora nona et dimidia antemeridiana*

Post orationem "Adsumus", vocatis nominibus, præsentibus omnibus præter Antigonicensem, relatio utraque approbatur, adnotante Excellentissimo Præside Marianopolitanum auctorem fuisse ut omnes citationes ad calcem paginæ subjicerentur. Legitur responsum Domini Stanislai Lortie, secretarii, ad sodales Sancti-Joannis Baptistæ Marianapolitanos et approbatur.

Simile obsequium Concilio exhibent per secretarium Opificum Canadensium Francorum omnes adscititiæ *succursales* sodalitates Quebecenses plenis suis comitiis ultima vice adunatæ, quibus Dominus Camillus Roy respondere rogabitur.

Pergitur inspicere schemata a synodalibus transmissa.

In capite primo *De regularibus* tituli sexti *De personis religio-*

*sis* articulo septimo, sectione *a)* voci " religiosi " substituitur " regulares ". In sectione *b)* textus primitivus servatur. Nomini ergo " regulares " subrogatur " religiosi ", redintegrato in textum inciso : " remanent substantiali votorum obligatione devincti " ; cui præmittitur conjunctio *sed*, suppresso denique additamento in fine : " Religiosi vero dimissi remanent substantiali votorum obligatione devincti ".

Articulo sexto : "Novitii libertas," additur : " ad multa præcavenda incommoda, hortamur superiores et superiorissas ut a postulantibus exigant et servent obligationem legalem qua omni mercedi pro laboribus et operibus quæ perficere in religione constiterit, renuntient." Conf. Conc. provinciale primum Westmonasteriense. In titulo undecimo *De Sacramentis* capite primo *De Sacramentis in genere*, ex articuli secundi linea quarta vox " ordinarii " demitur.

In articulo sexto *quorumdam* adjicitur nomini *sacramentorum* in additione quam proponit congregatio synodalis quæ tamen additio perpendetur iterum. Postulantibus Quebecensi et Sherbrookensi, congregatio pomeridiana hodie habebitur.

Disceditur post preces consuetas.

CONGREGATIO PARTICULARIS EPISCOPORUM

*Feria sexta 27 septembris 1909, pomeridiana*

Post orationem, omnes nominatim vocati respondent : Adsum, absente Antigonicensi.

Relationes approbantur, monente Excellentissimo Præside responsum societati Sancti-Joannis Baptistæ Marianopolitanæ a secretario Lortie non Camillo Roy factum esse. Finis articuli sexti capitis primi *De Sacramentis in genere*, titulo undecimo, ita legitur " Parochi aliique sacerdotes nihil propria auctoritate præter : taxam ab episcopo statutam vel oblationes fidelium consuetas ab ipso sancitas, ratione seu occasione administrationis aliquorum sacramentorum, directe vel indirecte exigant. "

Tituli quarti *De clericorum institutione* caput primum integrum

acceptatur, sicut et tituli duodecimi *De cultu* caput primum *De cultu Deo et sanctis exhibendo*, cui tamen *Mariæ* additur linea nona articuli secundi, ita ut præmittatur vocibus *Virgo illa davidicæ stirpis*.

In articulo tertio *Missa et pia opera* capitis secundi *De observatione diei dominicæ et festorum* linea quinta, vocabula "oratorio publico" subditur "vel semi-publico", et in fine paginæ remittimur ad S. C. Rit. 8 martii 1879 et 23 januarii 1899.

Linea secunda sectionis *b)* in articulo *Opera servilia* vocibus "oblectamenta publica pro quibus pretium exigitur", id adjicitur, "etiamsi ad pia opera promovenda instituantur", loco incisi a synodalibus accepti, "etiamsi esset pro piis operibus."

Monet Excellentissimus Præses magni fore pretii si accurate colligerentur documenta in appendice Actorum et Decretorum Concilii imprimenda, modo, notat Quebecensis, non excrescentia mole nimia, sed utilissima quæque inserantur.

Proponente utroque secretario, Patres hanc curam Chicoutimiensi demandant. Surgitur et preces consuetæ recitantur ab Excellentia Sua Reverendissima.

### CONGREGATIO PARTICULARIS EPISCOPORUM

*Feria IV, 26 septembris 1900*

*hora nona et dimidia ante meridiem*

Post preces "Adsumus" vocatis nominibus, præsentibus omnibus, præter Antigonicensem, legit Secretarius pro lingua gallica litteras Rmi D. Aloysii-Adulphi Pâquet admirabili humilitate gratias agentis pro mille scutatis sibi schematum auctori a Concilio oblatis.

Excellentissimus Præses legit litteras præsidis sic dictæ Unionis a Sancto Petro quid sodalitas sentiat enarrantis erga Ecclesiam ejusque præsules. Responso quo secretarius D. Lortie paravit ad opifices Francos, Excellentia Sua Reverendissima petit

addi benedictionem quam, illis postulantibus, Patres Con
libenter adprecantur. Idem Excellentissimus Præses episto
D. Dowling Hamiltonensis legit qua vivide adesse se deside
ultro tamen spiritu, corde, animo nobiscum præsente. Utra
relatione approbata, Patres totum eradunt articulum septim
*Festorum de præcepto catalogus* tituli duodecimi *De cultu* et
tionem et articuli primi *Præceptum divinum et ecclesiasticum*
reformant " Præter dominicas, alii quoque festi dies ab Ec
sia instituti sunt sive ad commemoranda præcipua vitæ Dom
mysteria sive ad Deiparæ Virginis et quorumdam sanctor
triumphos celebrandos. Horum festorum elenchus propter
cumstantias quæ non sunt eædem ubique, diversus esse potes
variis provinciis ecclesiasticis. Sed prout extant, habita rec
tiorum indultorum ratione vel legum provincialium, fidel
sint observanda. "

Integrum acceptatur caput quartum *De homine* in titulo pri
*De doctrinis Fidei*, item caput primum *De episcopis* in titulo
tio *De variis clericorum gradibus*.

In articulo nono *Parochorum electio* pagina quarta, tit
articuli additur *et rectorum ecclesiarum*. Ex articulo quarto
cimo *Testamentum*, expunctis vocibus " ad metropolitanum tra
mittatur. Quod si de metropolitani testamento agatur,
antiquiorem suffraganeum mittatur ", hoc substituitur i
sum : " et alterum committatur custodiendum personæ prob
fidei."

Caput secundum *De Metropolitanis* acceptatur immutat
Ex capitulo tertio *De vicario capitulari*, articulo primo (secti
*b*) delentur ultima verba " vel propinquior episcopus si de q
dam Ecclesia exempta agatur ", utpote quæ hac in regione
obtinent.

Referentibus "Judicibus excusationum ", permittunt Patre
Adm. Rdus Pater Dion, superior provincialis Congregation
Sancta Cruce, paucis diebus absit a Concilio cum RRmo E
copo Daccensi de negotiis suæ congregationis collocuturus.

Surgunt Patres et Excellentissimus Præses orationem recit

## CONGREGATIO PARTICULARIS EPISCOPORUM

*Feria sexta, Kalendis Octobris 1909*

Post preces "Adsumus" vocantur nomina, cunctis praesentibus, Antigonicensi excepto. Utraque relatio adprobata. Tradunt Patres commissioni "ad novas materias" schema novum *De disciplina ecclesiastica servanda*, et licentiam abeundi a Concilio, referentibus "Judicibus excusationum", faciunt RRmo D. Lapointe, vicario generali diœcesis Chicoutimiensis et superiori seminarii ejusdem Ecclesiæ ut suo ipse munere fungatur.

In titulo tertio, *De variis clericorum gradibus*, capite *De episcopis* articulo sexto decimo: *De custodia ordinum religiosorum*, nova sectio addita sic legitur: "Regulares vero episcopos summopere revereantur et semper præ oculis habeant hoc monitum Pii PP. IX: A vobis etiam atque etiam efflagitamus ut arctissimo concordiæ et caritatis fœdere summaque animorum consensione Venerabilibus Fratribus episcopis et sæculari clero conjuncti, nihil antiquius habeatis quam in opus ministerii in ædificationem Corporis Christi, consociatis studiis, vires omnes intendere atque æmulari semper charismata meliora" (Encyclic. *Ubi primum*, 17 junii 1847).

De sectione *e* articuli primi: *Designatio* in capite tertio *De vicario capitulari seu administratore*, monet Excellentia Sua Reverendissima normam inscriptam in decreto sexto decimo quarti Concilii Quebecensis a Sacra Congregatione de Propaganda Fide adprobatam non ad omnes casus extendi, exempli causa ad abdicationem aut translationem episcopi. Proponente eadem Excellentia Sua Reverendissima Joliettensi mandatur ut schema reformet et congregationi referat episcoporum.

Finis articuli secundi: *Potestas in genere* intra idem caput tertium, lineis 13, 14, 15, 16 sic reformatur: "neque ipsis liceat speciatim litteras dimissoriales ordinandis concedere infra annum a die vacationis nisi agatur de prima tonsura; diœcesanis litteras excardinationis dare; bona ecclesiæ vel mensæ episcopalis alienare". Patres tradunt etiam commissioni "ad novas mate-

nas . adumbratum decretum de modo præsentandi Sanctæ Se
terna nomina eligibilium ad sedes ecclesiarum metropolitanarum
aut cathedralium.

Surgentibus omnibus et genu flectentibus oratio dicitur a
Excellentissimo Præside.

CONGREGATIO PARTICULARIS EPISCOPORUM

*Sessio ... die ... ... 1909, ... quarta pomeridiana.*

Oratione oblata, pronuntiatis nominibus omnium, absente so
Antigonicensi, utraque relatio lecta approbata, jubet Excelle
tia Sua Reverendissima ut proponatur augusto cœtui novu
decretum de Vicario capitulari aut de administratore diœcese
sede vacante, quod Patres integrum approbant et addunt
quando nullo modo provisum sit vacanti eidam sedi episcopa
vacante etiam metropolitana sede, nominandum tunc admini
tratorem ab antiquiore suffraganeorum adjectis nominibus voc
bus "vel si vacaverit metropolitana aut, etc." sectioni *b*) art
culi *Præscripta*.

Proponente Excellentia Sua Reverendissima, statuitur
quotidie, excepta feria quinta et dominica die, synodalis co
gregatio habeatur hora nona ante meridiem et congregatio pa
ticularis episcoporum hora quarta pomeridiana. Proponen
Quebecensi, omnes Patres tacite concedunt vocem consult
tivam officialibus concilii jam admissis ut partem habeant
commissionibus synodalibus.

Totum caput *De ... seminariis* sub titulo quarto *I*
*... institutione*, approbatur, tribus tantum rebus mutati

1. Ex articulo quinto *Instructio religiosa et pietas*, majo
suffragiorum numero resecatur ipsum lineis 15, 16: " nec ips
permittatur acceptare provocationes ad ludos publicos ext
ambitum seminarii ".

2. In articulo sexto *... constituti*, linea quinta, pro nom
ne "modum " legetur " pronuntiationem ".

3. In articulo septimo *Lingua ...*, linea octav

supprimantur voces "prædicationemque" et post "ad sacramentorum" adjicitur: "verbique Dei".

Proponit Quebecensis supplicetur Sanctissimo ut ad Ecclesiam Canadensem dignetur ampliare quod jam Fœderatis Statibus benigne tribuit: defensorem in causis clericorum apud tribunalia episcopalia semper futurum esse virum ecclesiasticum.

Quam opportunitatem nactus, Excellentissimus Præses commemorat esse necessarium ut index condatur integer omnium indultorum et privilegiorum quæ Patres hujus Concilii plenarii Canadensis a Sanctissimo Patre Papa debebunt flagitare. Cui postulationi consulet Nicoletanus.

Fit precatio. Disceditur.

### CONGREGATIO PARTICULARIS EPISCOPORUM

*Feria II, 4 octobris 1909, hora nona et dimidia ante meridiem.*

Dicuntur preces "Adsumus". Nomina proclamantur. Respondent omnes: Adsum. Unus abest Antigonicensis. Postulante Marianopolitano, venerabilis ejus Coadjutor, DD. Zoticus Racicot episcopus Poglensis, qui tum in civitate Quebecensi versatur, licentiam obtinet ut congregationibus intersit, facta promissione de secreto servando, data potestate ut ipsa die discedat. Ambæ relationes acceptatæ.

Sub titulo tertio *De variis gradibus clericorum* caput quartum *De vicario generali* totum recipitur. Item primi quinque articuli capitis primi *De mediis promovendæ pietatis* sub titulo nono *De pietate promovenda in populo*. In articulo sexto *Piæ peregrinationes*, linea sexta pro vocibus "sine consensu Ordinarii", ponitur "sine licentia Ordinarii scripto exarata" et in linea decima ejusdem articuli vocibus "licentia episcopalis scripto exarata munitum" subrogetur "præfata licentia munitum".

In articulo septimo *Abstinentia et jejunium*, numero quarto primæ partis adnotationis ad calcem paginæ, inter "ferias" et "sextas" additur "quartas et". Numero secundo adjicitur "ad ferias quartas Adventus"

Tum Marianopolitanus admonet ex officio Patres Concil[illegible] vigesimum primum congressum eucharisticum omnium nationum habitum iri Marianopoli mense septembri anno 1910, sicut sta[illegible] tutum est anno superiore tempore congressus eucharistici Londi[illegible] nensis. Jam Anglos et Fœderatorum Statuum episcopos nobi[illegible] auxilium et opem laturos se spopondisse. Verum opem præci[illegible] puam apud episcopos Canadenses inutili qui ne remanant, ut i[illegible] Anglia factum est, in singulis suis diœcesibus tres presbytero[illegible] nominare ut statim cum præcipuo cœtu Marianopolitano ultr[illegible] citro communicent, missis Marianopolim terminis illis nominibu[illegible] Quæ omnia summo omnium plausu sunt excepta. Patribus con[illegible] sentientibus, Excellentia Sua Reverendissima decernit dua[illegible] synodales congregationes cras habitum iri et ante et post mer[illegible] diem ut Patribus suppetat vis sufficiens schematum jam recogni[illegible] torum quam in suis congregationibus expendant. Gratiæ tun[illegible] aguntur.

CONGREGATIO PARTICULARIS EPISCOPORUM

*Feria IV, [illegible]*

Factis precibus, vocato nomine respondentibus singulis præte[illegible] Antigonicensem, relationibus admissis, Excellentissimus Præse[illegible] legit litteras Sodalitatis Sancti-Joannis Baptistæ Quebecensi[illegible] alteras ab Equitibus Columbi. Suam utrique testantur fidem, fidel[illegible] suum obsequium erga ea quæcumque docentur a Sancta Matr[illegible] Ecclesia Catholica, ab episcopis suis ducibus spiritualibus[illegible] Dominus Lortie, secretarius, utrisque respondebit, et proponent[illegible] Chicoutimiensi, grates Concilii aget Symphoniæ Quebecens[illegible] quæ in aula maxima promotionum Universitatis Lavallensis fer[illegible] secunda in honorem Patrum Concilii mirifico vocum fidiumqu[illegible] concentu musicam artem exercuit splendidissime.

RRmus Administrator Vancouveriensis legit decretum diei [illegible] decembris 1865 quo episcopi facultate donantur transferendi a[illegible] diem alteram abstinentiæ obligationem et jejunii, ratione quo[illegible] rumdam festorum incidentium.

Sub titulo nono *[illegible]* capitis prim[illegible]

*De mediis promovendæ pietatis* articulo sexto *Piæ peregrinationes* Patres addunt : " In via confessarii confessiones mulierum non audiant sine crate, nec in cellis clausis et absque lumine. Qui peregrinationes moderantur Ordinario de acceptis et expensis sedulo rationem reddant".

" Præsules ecclesiarum ad quas fideles, devotionis causa, frequentius confluunt, impense rogamus ut peregrinantium saluti prospicientes quidquid superstitionem redolet caute abrogent et quidquid turpis lucri quæstus suspicionem movere possit, sedulo eliminent ".

Primi quinque articuli capitis secundi *De monialibus* sub titulo sexto *De personis religiosis* accipiuntur intacti. In articulo sexto *Confessarii monialium*, hæc a Patribus immutantur : A sectione *b*) rescinditur incisum " et de consensu monialium quæ capitulariter et per suffragia secreta de illo consensu interrogandæ sunt ".

In sectione *c*) citatio Normæ 149 deducitur ad calcem paginæ.

Deletæ ex toto sectioni hæc sufficitur : " monentur a Sancta Sede monialium superiores ne sint difficiles in concedendo confessario particulari. Eum vero petentibus nec negare nec ullo modo petitionis rationem quærere, nec ægre se ferre petitionem demonstrent. Imo etiamsi externa extiterint dubitandi motiva de recta intentione sororis, nihil per seipsas agant superiorissæ, sed totum negotium judicandum remittant ad Ordinarium qui tacere nequit sed debet abusus prompte et efficaciter removere.

" Tres autem recensentur casus in quibus hujusmodi confessarius ex designatis ab episcopo concedendus est : (1) *a*) si monialis graviter ægrotans in mortis periculo alium postulat : *b*) si quæ confessario ordinario confiteri recuset ; *c*) si ex causa rationali, verbi gratia consolationis vel profectus causa, alium desiderat.

" Moniales tamen monendæ sunt ab Ordinariis se non posse confessarium particularem vocare nisi in casu veræ necessitatis ut propriæ conscientiæ consulant ". (2) " Quod si confessarius

(1) *Pastoralis curæ*, Benedict. XIV et Sacra Congregatio Episcoporum et Regularium 7 decembris 1906.

(2) S. Congreg. Episcoporum et Regularium, 17 augusti 1801.

deprehendat a sorore petenti sufficientem non haberi ratione
eius confessionem non audiat sed eam suaviter sed fortiter dim
tat ad confessarium ordinarium ".

In articulo nono *Praeparatio ad proprium ministerium* lin
prima verbo " enixe hortamur " substituitur verbum " va
approbamus ", et linea tertia pro " miseris " legitur " infirmis
Vox " ita " a linea sexta abraditur.

In proxima congregatione quaeretur altera textus mutatio
indicandum in multis jam communitatibus curriculis studior
aptari sorores tum ad docendum tum ad curam infirmorum
bendam ; ad laudandum quod jam institutum est, hortandum
talia capessantur curricula sicubi nondum extiterint. Precan
omnes in verba Excellentiae Suae Reverendissimae et exeunt.

CONGREGATIO PARTICULARIS EPISCOPORUM

*Feria VI, 8 octobris 1909, ... cum dimidia pom...*

Facta prece, praesentibus omnibus, uno excepto Antigonice
relationibus acceptis, ex sectione *b* articuli ... *Confessar
monialium* capitis secundi *De monialibus* sub titulo sexto
*personis religiosis* Patres abscindunt lineis secunda et ter
incisum : " qui nullo modo sit superior domus nec in ejus ad
ministratione ullam habeat partem. "

Redditus iterum articulus octavus *Praeparatio ad proprium
ministerium* sic novus exit : " Apud eas quae aut puellis docen
aut infirmis sublevandis operam dant communitates, inva
praxis instituendi curricula quibus religiosae practica suor
munerum scientia instruuntur, quam praxim valde commen
mus et ubi non viget enixe hortamur ut quam citius instituatu

Articulus primus et secundus capitis tertii *De institutis votor
simplicium* accipiuntur immutati. Articulus secundus (bis) *Abu
vitandus* de medio tollitur cum citatione I. Ab articulo qua
*Congregationes dioecesanae* duae ultimae lineae sectionis *b* delen
simul cum citatione quarta. Articulus quintus admittitur inte

Sub titulo tertio *De variis clericorum gradibus* in capite qui
*De capitulis et canonicis* ea mutantur. In articulo primo *Vil

*Constitutio episcopalis* quae incipiunt "Hinc ab Ecclesia initio" lineae 3-7 amputantur et legitur "Hinc factum est ut instituerentur capitula seu collegia clericorum ad adjuvandum episcopos in dioecesis regimine eorumque vices supplendum sede vacante". Voces "nunc legi communi subjectis" auferuntur. Articuli secundi *Capituli constitutio* linea tertia pro "institutionis" legitur "instructionis". Articuli tertii titulo *Nominatio canonicorum* additur *et consultorum*.

In articulo quinto *Convocatio-Consultatio* sectione *a* linea prima pro "singulis saltem mensibus" substituuntur voces "quater saltem in anno" et linea quarta, quinta, demptis vocibus: "in emergentibus casibus provide consulatur," et "canonicos in capitulum vocare" legitur textus "quoties necessitas suadeat". In eadem sectione *a* linea prima et secunda paginae decimae septimae deletur "quater in anno statis temporibus, vel, si id fieri non potest, bis in anno." Delentur quoque voces "alias vero" et sic legitur textus: "Consultores episcopus convocabit quoties ad pertractanda negotia erit necessarium."

Ab articulo sexto *Res tractandae*, linea secunda, expungitur "juris praescriptioni" in cujus locum sufficitur: "capituli constitutionis". In eodem articulo linea octava et sequentibus lineis aufertur: "quod tamen etsi omnes probent, non in praxim deducat sine venia Sedis Apostolicae".

Eradantur quoque lineae 8-11 a sectione *d* pro eligendis examinatoribus synodalibus, lineae 13-16 a sectione *e* quandocumque agitur de alienandis bonis ecclesiasticis. Articuli septimus, octavus, nonus ejusdem capitis quinti approbantur immutati.

Surgunt omnes. Precantur. Discedunt.

### CONGREGATIO EPISCOPORUM

*Sabbato die 9 Octobris 1909, hora tertia cum dimidia pomeridiana*

Prece facta "Adsumus", appellatis nominibus singulorum qui omnes adsunt excepto uno Antigonicensi jam abire permisso cum proprio theologo Rev. D. MacPherson, substituendo sibi procuratorem, relatio utraque legitur in qua notat Excellentissi-

mus Præses omissum fuis. In capite quinto *De capitulis et cano-* [illegible] articulo *Libris canonicis* [illegible] voces " nunc legi con[illegible] num subjectis concordi Patrum sententia fuisse resectas.

Responsa secretarii ad Sodalitatem Sancti-Joannis Baptista Quebecensem, Equites Columbi, grates ad Quebecensem Syn[illegible] phoniam appolantur, modo benedictio Præsidis et Patrum a[illegible] singulas Societates dirigi commemoretur. Mox Excellentia Su[illegible] Reverendissima suaves juxta et jucundas litteras exhibet quibu[illegible] omeri scholarum Quebecensium alumni Patres rogant elatis an[illegible] mis ut sibi majorem et magnificentissimam feriatam diem pleni[illegible] manibus largiantur. Acquiescit totus cœtus corde magno e[illegible] animo volenti ubertque ut idem secretarius certiores faciat ama[illegible] biles oratores Patres puerorum votis obsecundare.

Commissio "ad novas materias" porrigit Patribus decretum *[illegible]*, quod accipitur quiden[illegible] sed ita reformatur. In sectione *a* pro " Vicario generali " poni[illegible] tur " Vicario capitulari vel administratore ". Quatuor ultima[illegible] linea ejusdem sectionis *c* delentur, scilicet : " Vicarius vero generalis alterum earum litterarum exemplum ad provincia[illegible] propinquiorem vel ad seniorem e duobus episcopis propinquiori[illegible] bus, alterum ad archiepiscopum, vel, si vacaverit metropolitana ad suffraganeum episcopum seniorem deferendum curet ", i[illegible] cujus periodi locum subrogatur : " Vicarius vero capitularis ve[illegible] administrator alterum earum litterarum exemplum ad provin[illegible] cia seniorem antistitem, alterum ad archiepiscopum, vel, s[illegible] vacaverit metropolitana, ad duos suffraganeos seniores deferen[illegible] dum curet ".

In sectione [illegible] linea quarta vocibus "in cœtum admatis" adda[illegible] tur "proposita" et pro vocibus "ad Excellentissimum Dominum Delegatum Apostolicum" ponatur "ad Sanctam Sedem". I[illegible] fine sectionis *c* adnectitur "a Sancta Sede vel ab Excellentis[illegible] simo Domino Delegato Apostolico". Quinque primi articul[illegible] capitis sexti *De Synodis vel de* [illegible] *missionum* sub titulo tertio *De* [illegible] acceptantur sine ulla muta[illegible] tione. In articulo *Concept.* [illegible] sectione *b* linea quinta avel[illegible] latur "ille

In sectione [illegible] linea prima pro "vel etiam" intrudetur "et etiam" et a linea secunda exsulabunt voces: "et a lege civili". Tres primae sectiones articuli septimi *Sollicitudo specialis* approbantur. In sectione [illegible] nomini "scholas" additur "intra limites suae dioecesis existentes". Integri articuli octavus, nonus accipiuntur.

Supplicabitur Sanctissimo ut presbyteri eximantur a missa pro populo festis recenter ablatis: Corporis Christi, Annuntiationis, Beati Petri Apostoli.

Titulo primo *De doctrinis fidei* caput quintum *De Verbo incarnato* totum comprobatur, suppressa voce "tandem" linea sexta articuli tertii *Christus Mediator*.

Caput sextum *De peccato originali et gratia* ejusdem tituli pariter probatur. In articulo primo *Natura humana in stirpe generis lapsa*, linea prima pro "tenet" legetur "docet". In sectione [illegible] articuli quinti *Gratia Christi merita*, linea prima verbum "et autem" avulsum post "praestatur" reponetur sine conjunctione *et* post nomen "sacramentis", et in secunda linea post "pro aliis piis operibus" legetur "bonis operibus". Articuli primus, secundus, tertius capitis secundi *De baptismo* in re sacramentaria sub titulo undecimo nullam emendationem acceperunt. In articulo quarto sectione [illegible] *De ritu [illegible]* tres primae lineae abstrahuntur usque ad "omnis tertius" exclusive.

Surrexerunt Patres, flexerunt genua, duce Excellentissimo Praeside gratias egerunt.

### CONGREGATIO EPISCOPORUM

*[illegible] 1909, hora sexta et dimidia pomeridiana*

Oratione recitata, nomina appellantur. Adsunt universi. Relatione utraque perlecta, animadvertit Excellentissimus Praeses in gallica omissum Patres postulaturos a Sancta Sede immunitatem a missa pro populo celebranda tribus festis modo suppressis, Annuntiationis, Corporis Christi, Sancti Petri. Referentibus "judicibus excusationum et causarum", sinuntur abire RR. DD. Dugas, protonotarius apostolicus, vicarius generalis

Sancti-Bonifacii et RR. D. Victor Thibaudier, theologus Ni
letani. Excellentia Sua Reverendissima legit litteras quil
Antigonicensis procuratorem suum nominat in Concilio RR. D
torem Thompson et electio a Patribus rata habetur. Legit id
Excellentissimus Præses litteras ad Se Patresque Concilii dir
tas a Societate Sancti-Joannis Baptistæ de parochia Sancti-S
vatoris profitentis se absolute submissam documentis omnib
quæcumque traduntur ab Ecclesia, inhærere præcordiis Sanc
Sedi Apostolicæ, gratias agere propter religiosum opific
incursum et solemnitatem die 12 septembris proxime elapsi.

R. D. Lortie his rescribet qui et legit responsum ad pue
scholarum catholicarum Quebecensium alumnos postulan
occasione Concilii diem feriatam. Hæc feria major si placue
scholarum rectoribus erit crastina dies feria tertia duodeci
octobris.

Resumpto studio schematum a sectione *c* articuli *In electi*
*episcoporum methodus servanda* auferuntur post voces " met
politani consulantur " ultima verba " a Sancta Sede vel
Excellentissimo Domino Delegato Apostolico. "

Titulo undecimo *De sacramentis* capite secundo *De baptis*
approbantur sectiones *b)* et *c) De fœtu abortivo*. Linea deci
articuli quinti *Baptismus non iterandus* voces : " qui schedul
authenticam baptismi exhibere non valent " dant locum incis
"de quorum baptismo per schedulam authenticam certo non co
tat." Articuli sextus, septimus, octavus approbantur. Tituli a
culorum septimi et octavi erunt : *Baptismus adultorum*, *Bap*
*mus puerorum*. In articulo nono *Ritus in baptismo adulto*
linea quinta delentur voces : "gravibus de causis ". Artic
decimus, undecimus acceptantur. In articulo sequente *De*
*baptismi* pro " defectu " legetur "defectus". Auferuntur voc
"occasione missionis " et pro " solet celebrari " legendum
"celebratur". Abscinditur articulus quartus decimus : *Benedi*
*mulieris post partum*.

In capite tertio *De confirmatione* Patres approbant articul
primum, secundum, suppresso verbo "oportere" tertium, quart
A quinto tollitur pericope " excepto casu necessitatis " us

ad " munus obeundum " inclusive, in cujus locum sufficitur " Etsi deceat unicuique confirmando suum adesse patrinum, potest tamen ex rationabili causa unicus patrinus pro pluribus confirmandis constitui. " (Sacra Congreg. Concilii 12 julii 1823. Cf. Sacra Congregatio Rituum 14 junii 1863).

Articulus sextus *De infantibus* supprimitur et septimus comprobatur sicut et primus secundusque capitis secundi *De vitiis extirpandis* tituli noni *De pietate promovenda in populo*.

Statuunt Patres congregationem episcoporum feria quinta ante meridiem habitum iri ab hora nona ad undecimam et dimidiam. Surgitur. Oratur. Disceditur.

CONGREGATIO EPISCOPORUM

*Feria IV, 13 octobris 1909, hora tertia et dimidia pomeridiana.*

Precibus dictis, vocati omnes adsunt et Reverendissimus Dominus McDonald, archiepiscopus Gortynensis, episcopus olim Portus Gratiæ in Insula nomine " Terra nuper inventa, " congregationi interest. Relationes ambæ approbantur.

Referente Præside " Judicum excusationum ", datur licentia RRmo D. Langis, vicario generali et procuratori Capituli Ecclesiæ Cathedralis Sancti Germani de Rimouski, ut Concilio discedat non rediturus, et Patri Ernesto-Mariæ, Provinciali Ordinis Fratrum Minorum Capulatorum, ut et ipse discedat saltem ad tempus. Patres volunt a feria sexta proxima suam congregationem haberi quotidie præter feriam quintam et dominicam a tertia pomeridiana ad quintam et cum dimidia.

Sub titulo nono capite secundo *De vitiis extirpandis* articulo *De blasphemia* Patres addunt hanc sectionem : " Adsunt quædam locutiones quæ quamvis a populo habeantur ut blasphemiæ, tamen dici non possunt veræ blasphemiæ. Hortamur ut de hac re parochi doceant fideles, insimul eos deterrendo ab istis locutionibus quæ majestati Dei minus convenientes existunt. " Sectio *b)* articuli tertii *De perjurio* tota evanescit, sectione *a)* acceptata ut est. Articulus quartus approbatur sicut et quintus *Fran-*

*tes* deleta voce "facienda" in linea quinta. In fine ejusde
articuli addunt Patres: "Relate vero ad legalem cessionem qu
proinde habetur accedente tribunalis sententia, nullo privileg
frui debitor quanquam bona fidei licet nisi omnes condition
lege statutas adamussim impleverit." Cf. Decretum 18 Conc
Quebecensis sexti.

Articulis 6, 7, 8, 9, 10, admissis, in fine decimi *Fides*, Pat
addunt: "Quicumque ergo domui suæ bene præpositi, in pace
dilectione familiam moderantes cum uxore et filiis domesti
gaudia experiri cupiunt, maxime caveant ab his circulis vitori
"clubs" in quibus hic pater, ille filiusfamilias, domo desert
lusus ad intempestam noctem producunt, alectores suas commi
tunt, liberiores cum sociis sermones miscent, ephemeridum q
rumcumque lectioni vacant, nec pauca nec minima relig
nem et fidem lædentia auscultant, ruinamque suæ salutis et
domesticæ cæca illectatione capti luctuose pariunt." C
Decretum 20 Concilii Quebecensis septimi.

Articulus undecimus adoptatur cum sectione 2 articuli duod
cum *Condemnatis* suppressa sectione. Articuli 13 et 14 sun
ter placent. Quartodecimo sectio addıtur in hunc modum
"Est et aliud crimen, onanismus nempe, quod detestabile
Scripturis vocatur, quodque legem violat Creatoris jubent
Crescite et multiplicamini. Qui vero quacumque de causa hu
sunt criminis rei, a sacramentis arcendi sunt donec resipiscant
Admissis articulis quintodecimo, sextodecimo, septimo de
mo: *Theatra*, linea quarta additur "Kinematographus" p
"theatris".

Articulus undevigesimus approbatur ut jacet. In capite ter
*De ebrietate et ejus remediis*, articulo primo *Ebrietatis mali*
linea secunda pro "esse" legetur "conferre."

Approbatis 2° ad 4°, in quinto *Caupones* sectione 1 linea se
pro "feriatis" ponitur "festivis" et sectionem 4 Patres add
in hunc tenorem: "Absolutionem renuant confessarii consil
riis "conseillers municipaux" vel commissariis qui, posthab
conscientiæ legibus, licentiam tabernariam scienter conced
indignis, necnon talibus cauponibus legem tam civilem qu

moralem habitualiter violantibus, omnibusque sine licentia cauponam exercentibus ". (V. Conc. Queb. V, decret. XIX et VII, decret. XVII.)

Articulis sexto et septimo receptis sine ulla nota, in articulo octavo *Societates temperantiæ* sectio *a)* ita emendatur : " Quapropter sodalitates catholicas sive ad temperantiam sive ad abstinentiam totalem fovendam institutas, sub quovis nomine veniant, summa laude dignas agnoscimus et pronuntiamus ". Sectiones *b)* et *c)* ejusdem articuli in nulla re corriguntur.

Tituli octavi *De christiana eruditione populi* capitis primi *De catechismo* articuli primi ad quartum inclusum approbantur integri. Ex articulo quinto *Uniformitas*, demitur : " sive germanicum, sive in aliam linguam apud catholicos in Ditione Canadensi usitatam ". Linea decima post " committere qui " additur "suffraganeis auditis ". Linea tertia verbo " mandari " subditur " in variis linguis in Ditione nostra frequentius usitatis ".

Patres postea eligunt in commissionem ad concinnandum catechismum qui toti dominii unus aptetur Rmos Episcopos Campivallensem, Joliettensem, Victoriensem. Approbato in totum articulo quinti coratur et receditur.

CONGREGATIO EPISCOPORUM

*Feria V, 14 octobris 1909, hora nona ante meridiem*

Factæ preces. Omnes respondent vocatis nominibus. Relationes approbatæ.

In capite primo *De catechismo* tituli octavi, Patres approbant articulum sextum *De catechistis*, sed in sectione *b)* linea tertia et quarta vocibus " commissiones diœcesanas ad hunc finem constitutas " substituunt " alium ". Approbatur articulus primus capitis secundi *De prædicatione*. In articulo secundo *Quando urget obligatio* linea septima præpositio "per" ante " alios " additur. Articulus tertius *Prædicatio in omnibus missis* inculi redditur. Quartus totus acceptatur. In articulo quinto *Præparatio neces-*

*..nt*, linea duodecima et tertia decima detrahuntur verba: "vel ex integro scribere vel saltem per summa capita suas prædicationes delineare", in quorum locum subrogatur: "scripto sermones suos vel saltem per summa capita exarare". Articuli sextus, septimus, octavus nulli mutationi subjiciuntur.

In capite tertio *De ... missionibus ad populum* articulis primo, secundo receptis, tertius *Ren... a... missionariorum* expungitur, articulo quarto acceptato.

Sub titulo undecimo capite sexto *De sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento* articulo primo comprobato additur sectio (...) "divino convivio supernaturalis vita indesinenter alitur et efflorescit. Parochos ergo, confessarios et concionatores hortamur et instamus cum summo Pontifice Pio X, ut, cœptis insistentes omnem impendant operam quo Christifideles frequentius imo quotidie sacram Eucharistiam sumant (S. C. Indulgentiarum, 10 aprilis 1907)."

Articulus secundus placet sicut et sectio (a) articuli tertii *Viaticum*, ablata sectione (b) disceditur que dum controversia agitabatur de vocibus "more viatico" lineæ quintæ sectionis (c), re... citatis precibus ab Excellentissimo Præside.

CONGREGATIO TRESCOLOLEUM

*L... 11, 15 octobris 1909, hora tertia pomeridiana*

Factis precibus, omnibus appellato nomine respondentibus, utraque relatio placet.

Referente Præside Judicum, D. Avila Roch discedendi licentiam obtinet. Excellentia Sua Reverendissima propalat epistolam Vice-superioris, directorum, professorum, alumnorum seminarii Nicoletani missam ad Præsidem Patresque Concilii ... testentur illi quantum cohæreant Sanctæ Sedi apostolicæ sub... missione perfecta, subditi sint ducibus spiritualibus diœceseon... Cui epistolæ R. D. Lortie nomine Concilii rescribet.

Sub titulo octavo capiti secundo *De prædicatione* Patres ru... sum inserunt articulum tertium: *Prædicatio in omnibus missi...* ipsum scilicet schema nuper meudi redditum cum his mutation...

bus. Linea sexta pro " præcipimus " legendum est " instanter hortamur ". Amputantur voces " si legitime impediti fuerint " ex linea octava in qua præterea post " animarum " adjicitur " præsertim in civitatibus ". Linea nona nomini " missarum " additur " lectarum " et linea decima pro " aliquantis " ponitur " brevibus sermonibus", linea undecima abeunte cum duodecima.

In capite sexto *De sanctissimo Eucharistiæ sacramento* Patres receperunt sectiones *c)* et *d)* articuli tertii, articulum quartum, quintum, in cujus sectione *g) Eucharistiæ administratio*, linea tertia post " ministro " addunt : " si commode fieri potest ".

In capite tertio *De seminariis majoribus* articulo primo *Seminarii munus* pro "efformandi" ponetur "informandi". In articulo secundo *Seminariorum saltem in unaquaque provincia* linea undecima post nomen "regula" inscribitur clausula : " tribus saltem annis". Articulus tertius approbatur suppresso ex articulo quarto in linea tertia vocabulo " Hanc ". A quinto ad nonum totum recipitur. In articulo decimo *Cursus plenior* linea tertia, quarta pro : " sacerdos enim cujus labia docere tenentur eminentem e contra callere doctrinam debet ", ponitur : " Æquum enim est sacerdotem cujus labia custodire scientiam oportet. eminentem callere doctrinam". In fine ejusdem articuli linea duodecima post voces "in theologia" subditur "sive in jure canonico." Ab undecimo articulo ad quintumdecimum nihil mutatur. Nihil in tribus articulis primis capitis quarti *De studio Scripturæ sacræ* ; articulo quarto *Interpretationis methodus*, Patres addunt : " Præ oculis habeat pontificalis consilii rei biblicæ promovendæ decisiones quibus perinde ac decretis sacrarum congregationum omnes se subjicere debent. " Articuli quintus, sextus, septimus acceptantur, quemadmodum et caput quintum *De fovendis seminariis clericisque adjuvandis*, et articulus primus capitis sexti *De examine juniorum sacerdotum*. In articulo secundo *Modus examinis* paragrapho quarto " quibusdam " demitur : voci " scripto " additur " vel oraliter " et reserantur vocabula " aliis aliter ". In capite septimo *De collationibus theologicis* quatuor prima vocabula articuli primi *Collationes theologicæ habeantur* loco cedunt et substituitur : " Bis saltem in anno ". In arti-

culo tertio *Procedendi ratio* post verbum "habeat" linea tertia, additur: " arbitrio episcopi " et reliqua sectio *a)* corruit, approbatis sectionibus *b)* et *c)*.

Caput octavum *De collegio Canadensi Romæ* placet ablatis commatibus inversis quibus male recunebantur verba sancti Irenæi adducta.

In titulo octavo capite quarto *De sacris missionibus apud infideles et acatholicos* sectiones *a)* et *b)* articuli primi *Infidelibus subveniendum* approbantur et discedendi hora venit quando sectioni *c)* altera se sufficere nitebatur.

CONGREGATIO EPISCOPORUM

*Sabbato die, 16 octobris 1909, hora nona ante meridiem*

Dicuntur preces " Adsumus ". Appellantur nomina. Nem
abest. Lecta relatione, animadvertit Excellentissimus Præses in articulo tertio *Prædicatio in omnibus missis* plura vocabula de gentis huius conditione spirituali videri severa nimis. Quare deni etent Patres lineas a tertia ad quintam, id est a verbo "pate
eos " usque ad verba " occurrere cupientes " et articulus incipi vocabulo " Multi ".

Referente Præside Judicum, abire sinuntur D. Chartier, theo
logus Trifluvianus, et Patres Levallois et Lebrun, theologi Hali
faxienses.

In titulo octavo capite quarto *De sacris missionibus apud in*
*de...* *...catholicos* sectio *c)* articuli primi amandatur ad fin
articuli secundi. In capite quinto *De lectione Scripturæ sacræ i*
*lingua vernacula* articuli primus et secundus acceptantur. In art
culo tertio linea duodecima post "lingua" additur "a ...". Deinp
to articulo quarto, additur fini articuli tertii: " Valde exopta
hoc plenarium Concilium ut probata versio Novi Testamen
in vernacula lingua in omni domo catholica, commendantib
ubique pastoribus, inveniatur. "

Capite sexto *De precum libris et libellis* acceptato per totu
reditur ad titulum primum et in capite septimo *De novissim*

articulo primo secundoque approbatis evellunt Patres ex articuli tertii linea quinta adjectivum " reali " cum citatione. Quartus autem articulus placet.

In capite octavo *De purgatorio*, articulo primo, linea quinta pro " tres illæ classes " legetur " eædem ". Recepto articulo secundo, in articulo tertio pro "communionem offerre " sufficitur " ad sacram communionem accedere ". Approbato capite nono *De indulgentiis*, reduces Patres ad titulum tertium approbant capitis septimi *De vicariis parochorum* articulum primum secundumque, tradunt tertium *Residentia vicariorum* emendandum a Marianopolitano ut post meridiem revocetur ad trutinam. In articulo quarto *Oblationes* linea quarta " et sponte" subditur post adverbium " expresse ". Capite VIII *De sacerdotibus infirmis*, nono *De peregrinis* per totum recepto cum primo et secundo articulo capitis decimi *De sacerdotibus lapsis*, propositio fit de emendanda sectione *a*) articuli tertii quando propter horam facta prece disceditur.

## CONGREGATIO EPISCOPORUM

*Sabbato die 16 octobris 1909, hora tertia pomeridiana*

Dicitur " Adsumus, Domine " . Vocatis nominibus omnes adsunt. Relationi utrique assentitur. Referente Præside Judicum, abire permittuntur Adm. Rev. D. Masterson, vicarius generalis et theologus Kingtoniensis (Regiopolitanus), et RR. Pater Henricus Richard, provincialis Societatis Mariæ.

Approbant Patres sub titulo tertio hunc articulum *De residentia* capitis septimi *De vicariis parochorum* : " In diœcesibus nostris cum parocho habitant vicarii : sit igitur inter ipsos cor unum et anima una. Quæ de parochorum residentia dicta sunt etiam de vicariis intelligenda volumus. Caveant igitur ne absentia quantumvis brevi ullum damnum patiantur fideles et sui officii esse ducant cum parocho convenire ut urgente animarum cura facile possint inveniri. "

In sectione *a*) articuli tertii *Ipsorum emendatio* capitis decimi *De sacerdotibus lapsis* (sub titulo tertio) resecant Patres lineas

undecimam et duodecimam " imo optandum. instituantur " ; lineam quartam decimam : item ab undevicesima ad vicesimam " cujus officium... habere " pro quibus ultimis lineis ponunt : "qui de ipsis sollicitam curam habeat non uti superior et magister sed uti confrater et amicus ".

Præterea omnis ea pars sectionis *a*) incipiens ab " Attamen " sectio *b*) jam erit. Prima sectio *b*) approbata fit sectio *c*).

Acceptatur caput undecimum *De concilio provinciali et synodo diœcesana*, restituta ex schemate primitivo sectione *c*) : " Cui celebrationi si quid obsit, annua saltem cleri exercitia spiritualia synodi locum teneant ".

Adjiciunt præterea Patres articulum sub titulo *Materia* qui ita legetur : " Sedulo cavendum est a multiplicitate legum seu ordinationum synodalium quarum necessitas vel utilitas probata non sit ; ideoque in omnibus futuris synodis sive provincialibus sive diœcesanis instandum est præsertim in observantia præscriptionum canonicarum et decretorum hujus Concilii plenarii ; deinde de singulis provinciæ vel diœcesis indigentiis parce et opportune agendum erit". (Cf. Concilium Americæ latinæ).

In capite duodecimo *De incardinatione et excardinatione sacer*-*dotum* pauca mutantur. In articulo tertio primum vocabulum " nempe " præponitur litteræ " a " sicut et " aliquando " secunda linea sectionis *c*). In sectione *a*) articuli quarti *Spe*-*ciales casus* in linea secunda vocabula " aut missionis " delentur. Voci " alieni " in linea tertia adduntur voces " alterius provincia ". Tandem " in perpetuum locum " tenet adverbium " perpetuo ". In sectione *b*) articulo quinto *Religiosi sæcularisa*-particula negans " non " deletur ante verbum " exstat ". Denique " in sectione *c*) articuli sexti *De laicorum excardinatio*-linea secunda pro verbo" esse " legetur " est ".

Patres orabunt Sanctam Sedem ut omnes clerici ordinentur a titulum servitii Ecclesiæ et ut ad eumdem titulum ordinati ja censeantur quicumque antea ordinati sunt ad titulum missioni

Rogatur Campivallensis ut formulam unam toti Dominio pr futuram inveniat pro litteris excardinationis incardinandoru tum clericorum tum laicorum.

Caput tertium *De missa* approbatur. Tantum in articulo sexto *Materia* linea secunda " curandum " ponitur pro " præstandum " et in articulo decimo *Duplex stipendium* in ultima linea " offe ndum " præponitur verbo " teneatur ".

Votum synodalium sub vocabulis : nota bene, ut postuletur a Sancta Sede licentia ter celebrandi in commemoratione defunctorum non sustinetur.

Pauca mutantur in capite quarto *De cultu sanctissimi Sacramenti*. Sectioni *b*) articuli primi *Sanctissimum sacramentum asservandum*, Patres addunt "vel quasi parochialibus". Petent a Sancta Sede indultum faciens episcopis potestatem dandi licentiam communitatibus religiosis virorum et mulierum conservandi Venerabile in capella seu oratorio privato modo sex saltem in eadem domo convivant.

Articulosecundo *Tabernaculum* legendum erit post "conficiatur" linea quarta " et sit benedictum" et eadem linea post vocabulum "semper" : "deauretur vel ". Capitis quinti *De cultu Sacratissimi Cordis*, articulo secundo sectioni *b*) *Cultus praxis* Patres addunt: "Hac feria missam votivam modo solemni sacratissimi Cordis Jesu in singulis ecclesiis præsertim parochialibus, conditionibus præscriptis, celebrari licet ". Caput sextum *De cultu sanctissimæ familiæ* non mutatur neque septimum *De cultu Beatæ Mariæ Virginis*. In cujus articulo secundo sectioni *d*) *Rosarium* Patres subjiciunt sectionem *e*) ut sequitur : " Optandum est etiam ut sanctuarium loci vulgo dicti " Le Cap de la Madeleine " in quo a duobus abhinc sæculis confraternitas Sanctissimi Rosarii erecta est et effigies beatissimæ Virginis Mariæ recenter ex auctoritate Pii decimi, præsentibus ejusdem Delegato multisque episcopis solemniter coronata, magno cultu veneratur, a fidelibus quam devotissime piis peregrinationibus visitetur. "

Excellentia Sua Reverendissima recitat preces consuetas.

CONGREGATIO EPISCOPORUM

*Feria II, 18 octobris 1909 nona hora ante meridiem.*

Dicta oratione " Adsumus ", suo omnes nomini appellato respondent et ambas relationes approbant.

De excardinatione clericorum animadvertit Excellentia Sua Reverendissima non sine indulto posse pres[illegible]m ordinatum ad titulum missionis transire ab una diœcesi [illegible]eram ejusdem provinciæ ecclesiasticæ, quod indultum Patr[illegible] archiepiscopis et episcopis nostræ regionis a Sancta Sede implorabunt. In capite quarto *De cultu sanctissimi Sacramenti* articulo secundo *Tabernaculum* Patres auferunt post vocabula " ex ligno " in sectione *a)* duo vocabula " extra deaurato ".

Favente Præside Judicum, licentia relinquendi Concilium conceditur RRmo D. Gauvreau, Patri Dagnaud, provinciali congregationis Jesu et Mariæ, Patri Dion, provinciali congregationis a Sancta Cruce.

Fit regressus ad articulum tertium *Amovibilitas* ex capite sexto *De parochis* (tertio titulo) et sententiæ : " nisi gravibus de causis" substituitur " nisi legitimis de causis ad bonum spirituale sive temporale parœciæ vel diœcesis pertinentibus ".

In titulo duodecimo totum caput nonum placet *De sacrarum reliquiarum et imaginum cultu*. In capite decimo *De exequiis et suffragiis pro defunctis* adjicitur "vitandum" fini articuli secundi et in tertio linea quartadecima nomini "cineres" sufficitur nomen "corpora".

In titulo tertio decimo *De locis sacris*, capite primo *De ædibus ecclesiasticis*, ex articulo primo *Debita licentia* auferuntur tres ultimæ lineæ, sed articulus sequens adjungitur : *Cura et refectio.* 2. " Inter præcipua parochorum officia illud est ut ædes ecclesiasticas sibi commissas apte et decenter ipsi conservent. Itaque reparationes necessarias suo tempore peragant invigilentque ne ædes istæ ex sua culpa damnum patiantur. Nulla tamen fiat hujusmodi refectio, nulla formæ mutatio, cujus opportunitas haud fuerit episcopali auctoritate sancita. Si parochus vel rector rem propria pecunia vel industria in meliorem statum adduxerit, censebitur id gratuito præstitisse, nisi ab episcopo licentiam in scriptis obtinuerit ".

Articulus secundus jam factus ordine tertius *De peritorum consilio* ita legetur : " Hæc synodus exoptat ut priusquam episcopi licentiam concedant ædificandi ecclesias, domus parochiales,

schemata, omnia lineamenta, rationes virorum peritorum consilio subjiciant ".

Articulus dein tertius, quartus, quintus, sextus approbantur. Initio articuli septimi *Bona mobilia domus presbyteralis*, ponunt Patres " Valde probamus ut... " præponunt " bona " adjectivo "mobilia" : et pro duobus ultimis vocabulis sufficiunt " cum licentia episcopi præbeantur ".

Probato articulo, surgitur.

CONGREGATIO EPISCOPORUM

*Feria II, 18 octobris 1909, hora tertia pomeridiana*

Facta prece, omnibus appellationi respondentibus, relatione probata, referente Præside Judicum, licentia datur abeundi RRmo D. Blaquière, vicario generali Carolinopolitano, Josepho Sébillet, theologo Domini Domini Blanche, Vicarii Apostolici Sinus Sancti-Laurentii.

Tituli duodecimi capitis decimi *De exequiis et suffragiis pro defunctis* articulo tertio linea undecima, Patres addunt post verbum "tradatur" " etiam in anniversario defuncti ".

In capite primo *De ædibus ecclesiasticis* (tituli tertii decimi) deletur articulus quintus *Locatio sedium* et fini articuli septimi subjungitur " quorum descriptio fideliter facta in scriptis est Ordinario tradenda et in archivo curiæ episcopalis sedulo conservanda ". Articulus octavus ejusdem capitis adprobatur, sicut et caput secundum *De cœmeteriis*, suppresso articulo secundo, suppressis ex articulo quarto : *Locus pro infantibus non baptizatis* ultimis lineis : "quæque non sinit, etc ". A capite tertio *De sepultura ecclesiastica et crematione* sectione *b*) articuli secundi *Quibus deneganda* abstrahuntur lineæ 7 ad decimum : " demum duellantes ".

Tituli undecimi capitis quinti *De pœnitentia* septem approbantur primi articuli. In articulo octavo *De casibus reservatis*, sectione *a*) linea nona inseritur : "at confessarius pœnitentem de existentia reservationis certiorem faciat ". In sectione *b*) adverbio "periodice " substituitur " statutis temporibus ". A sectione *c*)

Patres omnia rescindunt a verbo "reservantur" linea secunda usque ad vocem "uniuscujusque", et quidquid in sectione superest a vocabulis: "at vero" linea nona. In articulo nono post nomen "ecclesia" linea secunda addunt "vel in sacristia" et in fine hujus articuli linea decima "rationabilis" loco accedit adjectivo "gravis"; demuntur articuli decimus undecimusque. In capite quarto *De sollicitudine erga pueros* ita legetur sectio *c)* articuli secundi : " Quantum fieri potest, ter aut quater in anno et propinquante primæ communionis ætate sæpius confiteantur ".

Caput quintum *De advenarum cura*, caput sextum *De cura eorum qui in sylvis materiantur* nulla mutatione afficiuntur.

Sub titulo decimo *De variis laicorum officiis* capite primo *De electoribus*, articulo primo *Suffragium recte ferendum* addunt Patres in linea tertia "nonnisi" post verbum "utendi", et assurgunt priusquam articulus approbetur.

CONGREGATIO EPISCOPORUM

*Feria III, 19 octobris 1909 hora tertia pomeridiana.*

Oratur. Vocantur nomina. Nemo non adest. Relatio probatur nisi quod monet Excellentissimus Præses a Patribus ex capite secundo *De cœmeteriis* totum articulum secundum *Abusus cavendi* fuisse ablatum, non solum sectionem *c)* ejusdem articuli. Referente Præside Judicum, abibit Adm. Rev. D. Hébert, vicarius generalis Episcopi Sancti-Joannis.

Titulo decimo *De variis laicorum officiis* capite primo *De electoribus* articuli primi *Suffragium recte ferendum* quatuor primæ lineæ dant locum his sententiis : " Cives jure suffragii quod lex eis tribuit uti non omittant in electionibus sive politicis sive administrativis. Illud jus exercere juxta conscientiam coram Deo tenentur. Imo adest gravis obligatio suffragium ferendi pro necessitate reipublicæ aut bono religionis. " Caput secundum *De legislatoribus* manet intactum. Capite tertio *De judicibus* additur verbum "est" post vocem "magna ", linea prima articuli primi et in sectione *c)* articuli secundi linea prima pro " ejus " ponitur

"eorum", et in sequentibus" lineis "subtrahant" pro "subtrahat" "caveant" pro "caveat". In capite quarto *De advocatis* titulus articuli primi deletur et locum ejus tenet *Munus advocatorum*. Ab " adeo autem " quod superest articuli abraditur. Pro quatuor lineis articuli secundi *Vitanda ab advocatis*, de medio sublatis, id ponitur : " Quamobrem expediens judicamus obligationes advocatorum in summarium redigere. " Et reliquum caput approbatur. Caput quintum *De medicis* pariter placet ex toto nisi quod in linea secunda articuli secundi pro vocibus " animas patientes " subrogatur " ægrotos ".

In titulo undecimo *De sacramentis* capite sexto *De extrema unctione*, ad calcem paginæ, sub articulo primo *Subjectum* ponitur " confer " ante " Rituale Romanum " et in sectione *d*) ejusdem articuli linea nona deletur "probabiliter". In articulo quinto *Forma brevis* pro : " sacerdos sequentem formulam adhibere debet", legetur : "sufficit hæc formula". "Sanctam" interponitur inter "istam "et "unctionem". In sectione 6 *Sacramenti iteratio* vocabula cusa characteribus crassioribus demittuntur ad finem articuli. In capite septimo *De ordine* articulo quinto (pagina vigesima nona) *Pro sæcularibus* linea quarta adjectivum "tota" interponitur inter " in " et " regione ". Articulo nono *Litteræ dimissoriales* succedet novus articulus (decimus) *Litteræ testimoniales :* " Innixi verbis Benedicti XIV, Encyclica *Ubi primum*, 3 decembris 1740 : Melius profecto est pauciores habere ministros sed probos sed idoneos atque utiles quam plures qui in ædificationem Corporis Christi quod est Ecclesia nequaquam sint valituri, mandamus nullum clericum ad ordines promovendum esse quin obtinuerit testimoniales litteras tum ab episcopo originis, tum ab episcopo domicilii, tum ab episcopo in cujus diœcesi, pubertatem adeptus, per sex menses moratus est. "

Quum discedendi tempus instabat, exponebat Marianopolitanus, permissus a Patribus regredi ad decretum jampridem perpensum *De ordinationis titulo*, cur a presbyteris ob titulum patrimonii ordinatis exigendus sit redditus annuus quo victum sibi vindicare possint infirmi aut sacri jam ministerii expertes quique non larvæ et simulacri instar titulum patrimonii mentiatur.

## CONGREGATIO EPISCOPORUM

*Feria IV, 20 octobris 1909, hora tertia pomeridiana.*

Oratio oblata est ab Excellentissimo Præside. Nominibus pronuntiatis, Carolinopolitanus abest minus integra valetudine. Referente Præside Judicum, discedit non rediturus D. Gillis, camerarius secretus Suæ Sanctitatis.

Sub titulo undecimo, capite septimo *De Ordine*, linea tertia articuli quinti *Ordinationis titulus pro sæcularibus* post vocabula "Titulus pensionis" Patres addunt : "Titulus patrimonii obtinet quum ordinandus talibus bonis certis, stabilibus, et frugiferis aliunde quam ab Ecclesia provenientibus est instructus quæ ad congruam sustentationem sufficere episcopi judicio censeatur : (Instructio Sacræ Congregationis de Propaganda Fide *Quum indicorum* 27 aprilis 1871). Porro decernimus ut in diœcesibus nostris bona prædicta ducentum saltem scutorum annuos reditus suppeditent ".

Sub titulo octavo caput septimum *De libris honestæ lectionis* et octavum *De quotidianis et periodicis foliis* nulli mutationi obnoxia.

Sub titulo undecimo *De sacramentis* capitis octavi *De matrimonii celebratione* articulo primo cum secundo approbato ultima linea "et ipsi curent " articuli tertii *De [illegible] civilibus* expungitur. Articuli quarti *Quid a parocho cognoscendum* linea sexta simul cum septima avellitur et nihil remanet earum loco nisi : " an speciatim adsit impedimentum cognationis spiritualis ". In articulo quinto *Banna*, linea duodecima, post vocabula " ex aliena diœcesi " additur : " nisi de eorum libertate certo constet " et ad calcem paginæ citationi præponitur "Confer". Ab articulo sexto *Locus*, lineis tertia et quarta, tollitur " et regulariter in ecclesia parochiali ". Articulus septimus et sequentes usque ad decimum inclusive approbantur et dictis precibus receditur.

CONGREGATIO EPISCOPORUM

*Feria IV, 22 octobris 1909, hora tertia pomeridiana.*

Dicitur "Adsumus". Nemo abest præter Carolinopolitanum et Peterboroughensem. Relatio placet. Sinunt Patres abire Adm. Rev. Chalifoux, vicarium generalem Sherbrookiensem, Morris, theologum Torontini atque Reverendissimum Carolinopolitanum substituendo procuratorem.

In articulo tertio *Vitia fugienda* jam approbato capitis primi *De electoribus* Patres rescindunt a sectione *b)* ultimam lineam "ignavus certe" et addunt : "Itaque concionatores exponant primo peccatum esse vendere suffragium et hoc prohiberi lege tum divina tum humana : 2° hoc peccatum esse grave genere suo propter gravitatem damnorum quæ inde proveniunt tum moribus tum reipublicæ : corrumpuntur enim mores per venalitatem inductam in mentibus plebis : respublica exponitur damnis ex malo candidato et perversis legibus : 3° hoc peccatum ex genere suo grave esse materiam confessionis et contritionis, nec exspectandum esse a pœnitentibus donec de eo confessarius requirat ; 4° item malum esse grave recipere pecuniam pro suffragio omittendo."

Approbatur ultimus articulus *Benedictio nuptialis* capitis octavi *De matrimonii celebratione*. Totum caput primum *De catholica educatione in genere* sub titulo septimo *De catholica institutione juventutis* adoptatur, sicut et secundum *De puerorum institutione domestica*, addita tamen una sententia articulo secundo : *Parentum officia in specie* linea septima post nomen "mores" "Incuriam reprobamus eorum qui in domo sua choreis puerorum (vulgo "bals d'enfants ; children's dancing parties") favent". Primo, secundo et tertio articulo capitis tertii *De scholis primariis* acceptis, in quarto *Scholarum efficacia* linea septima sectionis *c)* restituitur textus ex Sancto-Joanne. Ponuntur sine linea subducta verba "pastorem enim oves sequuntur" et inter commata hinc illinc inversa : "quia sciunt vocem ejus." In articulo quinto linea tertia, comma subditur voci domi, quo articulo Campivallensis proxima sessione aliquid proponen-

dum habet. In articulo sexto *De cæcis et surdo-mutis* linea nona virgula subjungitur verbo "conveniant", eraditur, "verum" addito : " in quantum possible est " et pro "dotentur" legendum erit "sustententur".

In titulo decimo, capite sexto *De patronis et opificibus* articulo sexto, sectione *e)* linea sexta decima, abstrahitur " tanquam capellanus ". In capite septimo *De scriptoribus catholicis* mendum corrigitur. Pagina 17ª, lin. 10ª pro " gignuntur " legendum 'gignantur". Octavum quoque *De actione sociali catholica* placet.

Sub titulo septimo capite secundo *De scholis secundariis* in articulo primo *Ecclesiæ zelus* lineæ quinta, sexta, septima ita commutantur : " quamplurima sunt cujuscumque gradus educationis instituta quæ ipsa per se sola erexit et quæ assidua sollicitudine promovet ". In articulo secundo sectione *a)* linea quinta pro " est " legendum " sit ". In articulo tertio linea secunda pro " impartientur " legendum " impartiantur ". In articulo quarto *Puellarum institutio* lineæ quinta et sexta sectionis *a)* amputantur et in locum earum subrogant Patres : " sub regimine episcoporum sunt ". In articulo quinto sectione *a)* linea sexta supprimitur " a catholicis viris ". Reliquum caput placet et oratur et abitur.

CONGREGATIO EPISCOPORUM

*Sabbato, 23 octobris 1909, tertia hora pomeridiana.*

Facta prece, omnibus vocato nomini respondentibus, Excellentissimus Præses notam facit tum epistolam Carolinopolitani nominantis suum vicarium generalem Jacobum Morrison procuratorem, approbantibus Patribus, tum epistolam societatis dictæ Unio a Sancto-Joseph (ex parochia Sanctissimi-Salvatoris) quæ ut societates aliæ catholicæ, fidem, amorem in Ecclesiam, obedientiam erga antistites significat, quibus respondebit D. Lortie.

Petente Nicoletano, rursum examinabitur additio quam jam proposuit et Patres approbavere de venditione suffragii in electionibus in capite tertio *De electoribus* articulo tertio, cui addi-

tioni studebit commissio ex Campivallensi, Victoriensi, Joliettensi constituta quæ relationem proponet Patribus.

Tituli septimi capitis tertii *De scholis primariis* pagina nona articulum quintum *Parentum officia* ita Patres reformant: " Parentes qui domi liberorum suorum educationi sufficienter consulere non possunt omnino tenentur illos ad scholas catholicas mittere. Quod si propter locorum aut temporum circumstantias necessarium videatur ut pueri alias adeant scholas, illud non fiat nisi constet nullum esse perversionis periculum et cum prævia episcopi licentia ". In capite quarto *De scholis secundariis* ejusdem tituli septimi, articulo tertio, ponitur in titulo articuli *juvenibus* pro *pueris* et in articulo quarto *Puellarum institutio* sectio *a)* fit *c)*, sectio *b)* fit *a)* et ita porro. Quatuor primi articuli capitis quinti *De universitatibus catholicis* adprobantur. In articulo quinto *Cavendum specialiter* vocabula " peropportunum " et sequentia supprimantur et eorum loco legendum est: "Necessarium judicamus ut in universitatibus nostris constituatur juris publici ecclesiastici cathedra et volumus ut de hac materia haud secus ac de aliis alumni facultatis juridicæ statuto tempore periculum subeant". Articuli sextus, septimus, octavus remanent immutati, sicut et caput sextum *De studiis philosophicis* et caput decimum *De Ecclesia* sub titulo primo et caput undecimum ejusdem tituli *De Romano Pontifice* excepto adjectivo nomine "diversis " interjecto inter " ex" et " duabus ", articulo quinto pagina vigesima septima linea tertia decima.

In titulo secundo *De fidei periculis* caput primum *De rationalismo dogmatico*, secundum *De rationalismo sociali seu de liberalismo* approbantur.

Excutiebatur " quid scholæ neutræ " in capite tertio *De scholis acatholicis et neutris* quum hora precandi discedendique advenit.

CONGREGATIO EPISCOPORUM

*Feria II, 25 octobris 1909, tertia pomeridiana.*

Dicitur " Adsumus ". Vocantur nomina. Nullus abest. Rela-

tio placuit. Licentia proficiscendi datur venerabili archidiacono Casey, theologo Peterboroughensis.

Sexta commissio examini subjicit novum decretum *De sacris ritibus servandis* propositum a Marianopolitano ut inseratur in fine titulo duodecimo *De cultu.*

Excellentia Sua Reverendissima, consentientibus Patribus, tradit commissioni ad novas materias decretum *Ne temere* et articulum primum capitis tertii *De scholis acatholicis et neutris.*

Referente commissione speciali, Patres supprimunt decretum de venditione suffragii. Sectio *b)* articuli tertii *Vitia fugienda* capitis primi *De electoribus* titulo decimo pagina secunda tota conservatur et sectio nova subjungitur in hæc verba : " Unde evidenter sequitur eos omnes peccare et quidem non tantum coram hominibus sed et coram Deo qui vel suffragium suum vendunt vel quacumque ex causa dant candidato sibi cognito ut indigno, vel denique alios inducunt ad idem faciendum ". Conc. Prov. Quebec. IV, decr. IX.

In capite tertio *De scholis acatholicis et neutris* approbant articulos secundum, tertium, quartum. Articulus quintus *Scholæ neutræ in quibusdam provinciis nostris* cedit loco et introducitur articulus datus a commissione ad novas materias, sic : " 5. Hinc merito Canadenses Episcopi, sui officii sollicitudine permoti, reprobandum duxerunt systema scholarum neutrarum in quibusdam provinciis et regionibus Ditionis nostræ contra tum jus naturale quum legale constitutum. Quod systema, etiamsi temperatum fuerit, velut mancum, inefficax, minimeque idoneum pueris catholicis educandis fuit a Sancta Sede declaratum. Quapropter catholicorum omnium officium esse declaramus ut dum concessis uti non recusent, omnes tamen unitis viribus et consiliis, sub episcoporum auctoritate et directione strenue laborent quousque rationes suas et jura vindicare possint universa ". Articulus sextus ejusdem capitis approbatus est, sicut et caput *De libris pravis et periculosis. De bibliothecis publicis.*

Tituli quinti *De bonis ecclesiasticis* caput primum *De jure Ecclesiæ* placet ab omni parte.

In articulo primo *Obligatio fidelium* capitis secundi *De mediis*

*providendi cultui divino* sectione *c)* linea tertia, pro "ab obligatione solvendi decimas", legitur : "a prædicta obligatione." Articulo secundo approbato, in tertio *Locatio sedium* sectione *b)* linea prima supprimitur "annua". Articuli quartus et sequentes usque ad septimum inclusum immoti stant. In octavo *De missis* sectione *c)* additur linea prima "et lectis" post "missis cantatis" et distrahuntur lineæ 2 usque ad quintam inclusam a verbis "Urgentibus vero". Reliqua pars articuli octavi comprobatur. Ex nono *Taxæ diœcesanæ b)* et *c)* sectionibus sufficiuntur novæ quas concinnavit commissio "ad novas materias":

*b)* "Ipse præterea taxam permanentem quæ cathedraticum dicitur exigere potest vel ex indulto Sanctæ Sedis vel ex ratione quam secundum æquitatem ipse determinaverit."

*c)* "Modo etiam extraordinario, in casu necessitatis, donec redditus stabiles pro diœcesi piisque diœcesanis operibus habeantur, episcopo fas est, in subsidium caritativum, ab ecclesiis diœceseos exigere contributionem annuam certam et moderatam".

In articulo primo *Taxæ indebitæ* capitis tertii *Modi prohibiti pecunias pro causis piis colligendi* sectio *a)* demitur, subintrante sequente : "Omnino prohibetur ne taxa ad januas ecclesiarum pro auditione missæ vel quacumque alia functione sacra." Sectio *b)* ejusdem articuli sic emendatur : "Prohibemus etiam ne missæ solemniores ad modum concentus annuntientur et celebrentur et ne pro eisdem majus quam soleat pretium sedium ab auditoribus requiratur".

In articulo secundo *Concentus* sectione *a)* linea quarta post "excursiones" additur "conventus vulgo dicti *pique-niques*".

Quod superest capitis non ex ulla parte mutatur, et gratiæ dicuntur ab Excellentissimo Præside.

CONGREGATIO EPISCOPORUM

*Feria III, 26 octobris 1909, hora tertia [illegible]*

Preces. Nomina. Omnes adsunt. Relatio comprobata. Epistola ad Majestatem suam Eduardum septimum exarata a Peterbo-

roughensi traditur Præsidi commissionis Judicum, qui referent suam sententiam venerando cœtui. Excellentia Sua Reverendissima suggerente, Commissio constabit ex Kingtoniensi, Pembrokiensi, Trifluviano ad investigandas efficacissimas vias, actuosissima media subveniendi Ruthenis viventibus in Manitoba aliisque provinciis e quibus caurus adflat. Quæ referet Patribus quid excogitaverit. Altera Commissio ex Halifaxiensi, episcopo Sancti-Hyacinthi, Catannensi constans perpendet, ut propositum in cœtu archiepiscoporum, quid sumptum Concilii Plenarii ab unaquaque diœcesi, pro portione numeri fidelium solvendum habeatur.

In articulo octavo *Cautiones ubi opus sit* capitis quinti *De universitatibus catholicis* sub titulo septimo, pagina septima decima, Patres adjiciunt quod proponit Commissio "ad novas materias" exceptis vocabulis emendatis in tribus lineis ultimis: "Quum in præsenti vix quidem possibile videatur suppeditare juvenibus qui lingua anglica loquuntur Juris et Medicinæ lectiones in Universitatibus sibi propriis, valde commendamus ut unusquisque episcopus cujus interest media opportuna in quantum poterit provideat ut adolescentes diœceseos suæ qui necessitate coguntur Universitates acatholicas ad dictas lectiones audiendas adire in religione apprime erudiantur necnon et in bonis moribus serventur. Quapropter in votis hujus Plenarii Concilii est ut in civitatibus ubi adsunt tales Universitates acatholicæ, media efficacia adhibeantur ut alumnorum catholicorum fidei bonisque moribus provideatur".

Sectioni *f)* capitis secundi *De mediis providendi cultui divino* Patres addunt sectionem *g)*: "Curent parochi ne unquam suum proprium peculium immisceant redditibus Ecclesiæ vel alii pecuniæ ad opera pia collectæ". In sectione *f)* articuli octavi *De missis* in eodem capite Patres post "autem" linea tertia addunt: "de consensu proprii episcopi" et in fine sectionis: "neque sibi licere missas ad sacerdotes extra diœcesim transmittere nisi per eorum Ordinarium vel eo saltem audito et annuente".

In capite quarto *De administratione bonorum ecclesiasticorum* articulo secundo *Parochus* sectione *a)* linea quinta post verbum

"recuperandi" additur: "juxta regulas juris et leges diœcesanas". Sectioni *b)* ante primum vocabulum "Temporibus" præmittunt Patres : "Sedulo curandum est ut libri accepti et expensi magna cura teneantur". Denique sectioni *c)* subdunt novam sectionem *d)* : "Summam adhibeat curam parochus aut rector in obtinendis proprietatum ecclesiasticarum titulis et vigilet ut omnia documenta et instrumenta quibus bona temporalia ecclesiæ suæ nituntur ad præscripta juris civilis sint exarata". (Cf. decretum Sancti Officii, 23 januarii 1886). In articulo quarto ejusdem capitis pagina tertia decima linea nona ponitur "aliqua ratione" ante verbum "æquiparantur" et in articulo nono *Arca secura* ante nomem *safe* præponitur nomen *coffre-fort*.

Quod superest capitis quarti approbatur sicut et caput quintum *De administratione bonorum ecclesiasticorum*, caput duodecimum *De societate civili* sub titulo primo et tertiumdecimum ejusdem tituli *De relationibus inter Ecclesiam et Statum*. In capite quartodecimo *De professione emittenda* post "archiepiscopi et episcopi" in secundo paragrapho Patres addunt : "ante consecrationem" et penultimo paragrapho linea quarta ponunt "confessariis" pro "confessoribus".

Caput nonum (de re sacramentaria) *De impedimentis matrimonialibus* adprobatur immutatum. Examinabitur caput decimum *De solemnitatibus sponsalium et matrimonii* quando Commissio "ad novas materias" relationem proponet suam de eodem capite.

In capite primo *De clericorum perfectione spirituali* tituli quinti ad calcem paginæ primæ legetur pro "Encyclica", *Exhortatio ad clerum*. In articulo sexto *Scientia* linea decima post nomen "Exemplar" ponitur : "hujus plenarii Concilii suæque provinciæ ecclesiasticæ", demptis vocabulis : "regionis nostræ." In articulo septimo linea quarta decima præferunt nomen "hebdomadibus" formæ "hebdomadis". Articulo nono *Testamentum condendum* Patres addunt : "Etiamsi nulla justitiæ lex id hic injungat, spiritus tamen evangelii et christiana charitas postulant ut ad pias causas promovendas contribuant sacerdotes ex superfluis suis atque ut morientes in eumdem finem disponant de parte

saltem substantiæ quam ipsos possidere contigerit". Conc. Baltim. III, n. 277.

Articulo sequenti, decimo *Habitus clericalis* linea nona post vocabulum "domi" Patres addunt "ubi mos viget".

Adhuc studebant illi capiti primi tituli quinti quando hora venit abeundi post orationem.

### CONGREGATIO EPISCOPORUM

*Feria IV, 27 octobris 1909, tertia pomeridiana*

Omnes adsunt, excepto Episcopo Principis-Alberti quem valetudo detinet. Abire licet Patri Connolly, S. J. theologo Episcopi Sanctæ-Mariæ Ormensis.

Quoniam crastina erit vigesima prima dies anniversarii consecrationis venerandi metropolitani Quebecensis, Archiepiscopi Sancti-Bonifacii, Halifaxiensis, Regiopolitanus, ipsa Excellentia Sua Reverendissima vota debitamque admirationem omnium nomine protulerunt ei qui tam suaviter tam firme clavum regit Ecclesiæ Quebecensis. Memorant nihil tam antiquum primo episcopo Ecclesiæ ex cujus utero tot Ecclesiæ Septentrionalis Americæ partæ sunt quam ut clero populoque instillaret venerationem erga Sanctam Sedem inviolatamque in ejus præscriptis et consiliis observandis fidelitatem et constantiam. Cujus vestigia dignus successor nunquam non pressit speratque Excellentissimus Præses hunc spiritum reverentiæ et perfectissimæ erga Sanctam Sedem obedientiæ, altius, latius, penitius per totum Canadense territorium in dies expansum iri. Amplitudo Sua Quebecensis magno affectu motus et vivida eloquentia grates egit, nihilque sibi magis cordi esse testatus est quam ut opitulante Deo bene fungatur munere quod ad gloriam Dei sanctarumque ovium profectum non accepit nisi ex obedientia erga Pontificem Summum sic volentem et jubentem.

Excellentissimus Præses notas facit Concilio litteras ex Militibus Columbi Halifaxiensibus acceptas, alteram a principibus eorumdem Militum Columbi in toto Dominio, profitentium abso-

lutam devotionem erga Sanctam Ecclesiam Catholicam, perfectamque submissionem erga antistites ejus. Utrisque respondebit D. Lortie.

Reverendissimus Præses Judicum refert commissioni minus opportunum esse visum ut scriberetur Majestati Suæ Britanniæ ad petendum ut removeantur a formula jurisjurandi quam nuncupat quando coronatur quidquid offendit catholicos tam fideliter Suæ Majestati subditos et infitias it eorum fidem. Minus opportunum judicant propter nuntium jam trans oceanum vibratum et eximiam Regis Angliæ responsionem : forsan opportunitatem meliorem affore tempore Congressus Eucharistici. Patres in eamdem sententiam pedibus ierunt.

In capite secundo tituli quinti *De rebus clericis prohibitis* articulo septimo *Negotia sæcularia* linea secunda nomen anglicum *brokerage* supponitur nomini *spéculations de bourse*. Caput tertium *De munere cleri circa electiones politicas* approbatur, addito ad articulum quintum *A rebus mere politicis abstineant clerici*, linea 12ª, pagina 14ª : "Quod si jus habeant suffragium ferendi in electionibus sive politicis sive administrativis eo uti possunt, at cum omni prudentia et sine ostentatione. Ideo hoc jure præsertim ad mentium excitationem vitandam eo tempore utantur quo pauciores ad suffragium ferendum accedunt. Cæterum et in hoc clerici omnes episcopi consilia sequantur".

Caput secundum *De matrimoniis mixtis* in nulla re mutatur. Petente Excellentissimo Præside, Joliettensis occasione articuli quarti *Cautiones adhibendæ* sententiam componit qua jubeatur ut conditio pro conjuge acatholico, educandi liberos in catholica religione non tantum scripto efferatur sed deducatur in contractum ad legis formam exactum. In capite duodecimo *De catholicis matrimonium coram ministro acatholico attentantibus*, Patres addunt in linea decima articuli primi voces : "sacris addicto" post "ministro acatholico" et suggerente Excellentia Sua Reverendissima, huic articulo subdunt hunc paragraphum : "Item decernimus catholicos qui coram ministro cujuscumque sectæ acatholicæ matrimonium contraxerint vel attentaverint extra propriam diœcesim in qualibet provincia vel territorio sub

ditione præsulum qui in hoc Concilio adsunt vel adesse debent, excommunicationem incurrere episcopo reservatam a qua tamen quilibet dictorum sive per se, sive per sacerdotem ad hoc delegatum, absolvere poterit. Quod si in propria diœcesi ita deliquerint, statuimus ipsos ipso facto innodatos esse excommunicatione quæ, nisi absque fraude legis alium episcopum adeant, eorum Ordinario reservatur. (Cf. Conc. Baltim. n. 127).

Caput tertium decimum *De divortio* acceptatur integrum et oratione facta recedunt.

### CONGREGATIO EPISCOPORUM

*Feria V, 28 octobris 1909, hora nona ante meridiem.*

Abest Vicarius Apostolicus Sinus Sancti-Laurentii infirmitate præpeditus. Uterque secretarius utraque lingua efferet vocabula quæ in textu Concilii vernaculo sermone dicuntur.

Articulo quarto *Cautiones adhibendæ* capitis undecimi *De matrimoniis mixtis* linea 19, pag. 47, Patres addunt post " decesserit " : " Cautiones vero quæ a parte acatholica exigentur in scriptis dentur. Imo enixe hortamur ut dentur per modum contractus inter contrahentes secundum dispositiones legis civilis in unoquoque loco vigentes ".

Quebecensis rogatur ut a notario postulet exemplar hujusmodi formulæ.

In capite primo *De clericorum perfectione spirituali* (titulo quinto) articulo decimo *Habitus clericalis* linea octava, vocabula : " in ecclesia, domi " usque ad finem periodi dant locum sequentibus : " In publicis functionibus sacris, domi, et, nisi obstent circumstantiæ episcopi judicio graves, in privata sacramentorum administratione, ab omnibus adhibenda est vestis talaris. " Tum a linea duodecima ejusdem articuli supprimitur : " ubi brevior adhibetur forma " et ponitur : " Ubi vero sive domi, sive extra domum viget usus contrarius, volumus, etc ".

Proponente cum magna comitate, urbanitate, grato animo Victoriensi, unanimi Patrum suffragio decernitur titulum hujus Conciliifuturum : Concilium Plenarium Quebecense Primum.

Sub titulo quarto decimo *De piis operibus* caput primum *De confraternitatibus* confirmatur. In secundo, *De tertio ordine*, articulo tertio linea undecima " in ruinam vertere " pro ad " ruinam " ponitur. Ex capitis tertii *De operibus charitatis* articulo secundo *Tria opera promovenda* pagina sexta convellitur incisum: "et eleemosynæ consumantur eo fine pro quo collectæ fuerunt ", linea septima et octava. Ex capitis IV *De Petri denario* articulo secundo linea prima, pagina nona demitur " sicut et ".

Sub titulo sextodecimo *De judiciis ecclesiasticis* capite primo *De curiis episcopalibus* in articulo secundo *Officiales* linea secunda pro nomine " Vicarius generalis " ponetur " Judex ". Duodecim primi articuli capitis secundi *De modo summario procedendi* acceptantur ut jacent.

Aufertur articulus 13 *Accedens audiatur* et in ejus locum suffecti sunt numeri XXV ad XXVIII Constitutionis *Quam magnopere*.

Decernitur sessionem solemnem qua finis imponetur Concilii celebratum iri die festo Omnium Sanctorum feria secunda. Nulla fiet concio sed rogatur Quebecensis ut ex solio valedicat fidelibus et Patribus reversuris ad proprias sedes additis animis, inflammato studio ut Christus vincat, regnet, imperet et perfectissima sepe convallentur oves creditæ, arceantur lupi.

CONGREGATIO EPISCOPORUM

*Feria VI, 20 octobris 1900, hora nona ante meridiem*

Preces " Adsumus " ut solet dictæ sunt. Nominibus pronuntiatis, solus abest Vicarius Apostolicus Sinus Sancti-Laurentii quem infirmitas adhuc detinet. Excellentissimus Præses communicat litteras Hamiltonensis qui Patres facit certiores Canadensem Mutuam Beneficiorum Associationem (C. M. B. A.) significare fidem et devotionem erga Sanctam Matrem Ecclesiam. Unus secretarius linguæ anglicæ rescribet. Idem Excellentissimus tradit litteras Patris Désy e Societate Jesu, vicepostulatoris causæ Beatificationis Patrum Brébeuf, Lallemant, et aliorum e Societate Jesu qui inchoante colonorum huc appellentium convictu in odium religionis ab efferis sylvestribus viris sunt inter-

fectu. Adumbravit preces supplices quas paululum emendatas Patres libentissime subscriptione firmabunt.

Propter animadversiones Campivallensis de presbyteris qui intrant societates laicas ad mutua subsidia, rogatur ut concinnet articulum quo presbyteri dirigantur ut partem in hujusmodi societatibus habere possint nec dignitati nec supernaturali muneri sacerdotis ulla ex parte desint.

Præterea tradet episcopus Sancti-Alberti Commissioni " ad novas materias " schema decreti de conditionibus requisitis ut societates haberi possint tanquam catholicæ neque a tramite catholico et more aberrent et in ecclesiam expanso vexillo possint admitti.

Sub titulo sexto decimo in capite secundo *De modo summario procedendi in causis clericorum* articulo quarto decimo " Defensor " linea secunda post vocabulum " defensorum " Patres addunt intra parenthesim (" qui sit semper vir ecclesiasticus ") et demunt vocabula " sive ecclesiasticum " usque ad " laicum " inclusive. Ex articulo *Processus defensivus* sectione *b)* supprimunt totam lineam tertiam et lineam quartam usque ad verbum " rogare " inclusum.

Ex capitis tertii *De suspensione ex informata conscientia* articulo secundo linea quarta, a vocibus " de cætero " cum lineis quinta, sexta, septima adimitur. In paragrapho secunda linea quarta, post " delegatum " additur : " cum solo effectu devolutivo ".

Sub titulo undecimo *De sacramentis* caput decimum *De solemnitatibus sponsalium et matrimonii* recipitur a Commissione " ad novas materias " addito tantum articulo sexto sectione *c)* vocabulo " aliqua " ante voces " justa causa ".

Sub titulo tertio decimo in capite secundo *De ecclesiarum cura* articulo primo sectione *b)* linea tertia ponitur " esset " pro " est ". Deletur " aliquando " linea quarta. Resumuntur voces : " sputis deturpari et in turpi immunditiæ statu ". Tandem in linea quinta, pro " ad hos abusus tollendos " legetur " ad abusus praecavendos. "

Ex articulo secundo *[illegible]* adimitur linea secunda a voca-

bulis " immediate ante ". Tertia, quarta, quinta simul intereunt.

Sub titulo duodecimo caput sextum *De cultu erga Spiritum Sanctum* minime mutatur. Sub titulo decimo in capite secundo *De legislatoribus*, articulo secundo *Boni legislatoris dotes*, Patres addunt novum articulum qui tertius erit *Legislatoris officia* ut a Commissione " ad novas materias " perfectus est.

Sub titulo sextodecimo capitis quarti *De modo procedendi in causis matrimonialibus* duo primi articuli cum tribus primis sectionibus articuli tertii sunt approbati.

Oratur. Receditur.

CONGREGATIO EPISCOPORUM

*Feria VI, 29 octobris 1909, hora tertia cum dimidia pomeridiana*

Nemo abest præter Vicarium Apostolicum Sinus Sancti-Laurentii. Relatio utraque placet. Pater Fiset, provincialis Congregationis a Sanctissimo Redemptore habet licentiam abeundi.

In capite quarto *De modo procedendi in causis matrimonialibus* articulo primo *Prævia quædam* Patres adjiciunt sectioni *b*) : " In genere competens est episcopus in cujus diœcesi maritus domicilium habet. Exceptioni locus est si conjugale vitæ consortium aut per separationem a toro et mensa aut per desertiones malitiosas a viro patratas sublatum est. Priori casu, utraquælibet pars jus accusandi contra alteram, ipsi competens, coram episcopo diœcesis ubi hæc domicilium habet exercere debet. Posteriori casu uxor apud episcopum intra cujus diœcesi domicilium ejus situm est actionem instituere potest. Si vero agatur de matrimonio mixto, competens est episcopus partis catholicæ. Episcopus loci ubi celebratum est matrimonium accipere potest, etsi non teneatur ". In articulo tertio *Tribunalis personæ* sectione *b*) ponitur *moderator* pro *judex* in titulo. In capite quarto *De sacris ritibus servandis* ex titulo duodecimo articulo quinto *De eligendo cæremoniali* lineis quartæ, quintæ, sextæ id suffectum est : "Tota regione nostra duo tantum in usum

adhibeantur et serventur manualia sanctarum cæremoniarum : scilicet Levasseur, editio (cum notis) Hægy, et Appleton.

Sectioni *b*) ejusdem articuli additur " Utinam possimus semper affirmare de nostris diœcesibus quod profitebatur Venerabilis de Montmorency-Laval, in sua relatione missionis Canadensis anno 1660, ad Sanctam Sedem missa : Romanum ritum hic omnes sequimur, neque errores ulli, ulli abusus irrepserunt".

In capite septimo *De cultu aliorum sanctorum* articulo primo : *S. Joseph*, Patres addunt sectioni *b*) : " Viget ubique pia consuetudo recitandi post benedictionem Sanctissimi Sacramenti laudes : Sit Deus benedictus, etc. Volumus ut ante ultimam laudem: "Benedictus sit Deus in angelis et in sanctis suis", addatur in honorem totius Ecclesiæ gloriosi patroni : Benedictus sit sanctus Joseph, sponsus Virginis Mariæ".

In capite quarto *De scholis acatholicis et neutris* tituli secundi articulo primo suppresso substituitur articulus propositus a Commissione "ad novas materias", addito adjectivo "catholica " post religioni. Approbant quoque Patres sectionem *b*) ejusdem capitis ab eadem commissione additam articulo sexto ejusdem capitis.

Denique in articulo secundo *Ratione condiscipulorum* ejusdem capitis sectione *c*) Patres resecant voces " quorum etc. " inclusas intra commata hinc inde inversa.

Rogatur humiliter Excellentia Sua Reverendissima ut cum Marianopolitano et Halifaxiensi ipse invisat Honoratissimum Vice-Gubernatorum in Provincia Quebecensi, Honoratissimum quoque Majorem civitatis Quebecensis gratias acturus propterea quod Excellentissimum Præsidem et Patres magno cum honore ex officio receperunt.

Oratio sessioni finem imponit.

### CONGREGATIO EPISCOPORUM

*Sabbato, 30 octobris 1909, hora nona ante meridiem*

Nemo aberat præter ægrotantem Vicarium Apostolicum Sinus Sancti-Laurentii. Relationes ambæ acceptantur.

Antequam specialis commissio, cui mandata est cura inquirendi de tutissimis viis opem ferendi Ruthenis qui tractus incolunt unde caurus afflat, relationem suam propalaret, Reverendissimus Dominus Langevin, archiepiscopus Sancti-Bonifacii, dilucide edisserit in quibus revera rerum adjunctis versantur illi Rutheni sub cauro, quam multis periculis eorum fides sit obnoxia, quanta ephemerides sectis addictæ aut impiæ moliantur ut eos a fide erga Ecclesiam catholicam abducant, avellant. Neque illis opitulari fas est nisi multis rebus posthabitis litatisque. Quæ dicitur corporatio episcopalis Sancti-Bonifacii nunc oneratur ære alieno propter quod quotannis solvi debent septemdecim millia scutatorum, quod debitum incurri necesse fuit ad ædificandam cathedralem ecclesiam, præter pecuniam antea mutuo acceptam ut consuleretur aliis diœcesanis operibus, imprimis minori seminario cujus institutio et necessaria erat et ab ipsa Sancta Sede poscebatur.

Ut idoneum auxilium præstetur Ruthenis, opus est alio minore seminario condendo, ubi pueri catholice educentur et plures inter illos aptentur majori seminario ineundo ut inde exeant propriæ gentis apostoli. Opus est præterea xenodochio rutheno, firmanda quoque institutione Sororum Ruthenarum scholis præpositarum, et ephemeridibus stabiliendis lingua gentilitia compositis quibus agger obstruatur pravis ephemeridibus quarum ope detruduntur in præceps. Ipse metropolitanus cum suffraganeis valde optaret ut sumptibus illis sufficerent neque collegarum opem rogarent inviti. Sed id fieri omnino non potest. Quare fidentes interpellare audent universos episcopos Canadenses ut tantam causam fulciant apostolatus catholici apud Ruthenos.

Sitne instituendus episcopus Ruthenus qui ex episcopis ritus latini minime pendeat, quamvis magnas in casu Archiepiscopus difficultates persentiat, judicium Sanctæ Sedi omnino permittit. Notat solum etiam tum auxilia in Ruthenorum gratiam nihilominus necessaria fore quæ quum ab episcopis ritus latini profluerent, unitati eorumdem et concordiæ amicæ cum episcopo Rutheno mirifice prodessent. Applaudunt universi. Addit Excellentissimus Præses magni interesse Ruthenorum ut puellarum schola quam dicunt normalem pro Ruthenis fundetur et quam sit oppor-

tunum ut episcopi tractuum sub cauro ædificent ecclesias quas proprietatis titulo (nudo dominio) episcopi ipsi retineant usum Ruthenis permittentes : quo veluti vinculo Rutheni cum Ecclesia Romana arctius conserantur.

Antequam Revmus Secretarius specialis commissionis, Trifluvianus scilicet, relationem legat, omnium plausu revocat quas ob causas universi Episcopi Canadenses fratribus ex regionibus Septentrionalibus Occidentalibus ultro et munificentissime debeant porrigere manum auxiliatricem. Non solum enim Ecclesiæ quæ opem implorant recens natæ sunt, egenæ, graviter oneratæ, sed quasi consanguineæ ex illa matrice, altrice, nutrice Quebecensi prodierunt cui suam omnes particulares Ecclesiæ in Canada originem acceptam referunt. Æquum ergo est ut etiam dimidiato pallio illas veste contegamus, diligentes non lingua sed opere, at nos qui non sumus æque inopes in posterum tuteamus illas ut tutari jam tentavimus neque illas suæ permittamus inopiæ.

Nec melius coronari poterit Concilium illud tam suavi concentu animorum omnia alia repudiantium ut superiori quodam catholicæ unitatis nexu copularentur, quodque tam uberes eximiosque fructus ut fuit ordinatum, temperatum, promotum ab eximio Delegato Sedis Apostolicæ, voti nostræ Ecclesiæ, gentis, historiæ spondet et parturit.

Tum tria puncta in relatione commissionis digesta considerantur ex ordine.

Probatur via advocandi clericos qui se curæ spirituali Ruthenorum devoveant. Universi favent pecuniario subsidio efficaciter procurando ut in fide et fidelitate erga Ecclesiam gentes illæ contineantur. Alii singulis annis pollicentur se daturos quatuor scutata pro mille catholicis per decennium. Alii collationem pecuniæ annuam in sua diœcesi quærendam injungent ad eumdem finem. Collecta pecunia quotannis mense decembri ad Reverendissimum archiepiscopum Sancti-Bonifacii mittetur. Ipse archiepiscopus, episcopi Sancti-Alberti et Principis-Alberti permoti animo grates egerunt venerabilibus collegis. Episcopus Sancti-Alberti notavit si Sancta Sedes episcopum nominaret independentem ab episcopis ritus latini æquum fore ut pecunia

collata in gratiam Ruthenorum in diversis diœcesibus illi committeretur episcopo, sed postquam episcopi tractuum Septentrionalium Occidentalium convenerint de modo rem illam perficiendi, bona vero immobilia, ut ecclesias et domus presbyterorum Ruthenorum, ad ipsum episcopum pertinere debere, non ad societatem quamlibet.

Tum exeunte Excellentissimo Præside, Quebecensis præsidet. Halifaxiensis præfectus commissioni de sumptibus proponit relationem quæ approbatur. Expensæ generales sunt circiter septem millia tercentum octoginta novem scutata : speciales mille sexcentum. Solventur ab universis Diœcesibus, Vicariatibus Apostolicis et Præfecturis pro portione rata numeri catholicorum incolentium.

Textus Concilii post Sanctæ Sedis approbationem imprimetur sumptibus Quebecensis (corporationis episcopalis) quæ et exemplaria venumdabit et lucrum si quod erit suum faciet.

Quebecensis orat omnesque cum illo et disceditur.

### RELATIONES

Cum causæ e quibus deducuntur conclusiones hic eruendæ contineantur in commentario quem singuli episcopi in promptu habent, hic omittuntur.

Convenerunt ex mandato Patrum Commissionem specialem ad suggerendas vias utilissimas subveniendi episcopis curam Ruthenorum gerentibus Kingstoniensis, Pembrokiensis, Trifluvianus, die 27 octobris nona ante meridiem.

1° Commissio grates, admirationem promit erga episcopos occidentales adjutoresque eorumdem pro zelo, conatibus, laboribus jam exantlatis in Ruthenorum gratiam.

2° Quod ad futurum duo genera auxiliorum expedire videntur ad rem tanti momenti pro tota Canadensi Ecclesia.

Primum ut consciscantur efficaciter presbyteri valituri qui moribus et religioni prospiciant hujus gentis, suggerit reverenter Commissio ut provocetur ad alumnos Seminariorum minorum majorumque in Ecclesia Canadensi tota per epistolam subscriptam ab omnibus episcopis qui curam Ruthenorum agunt, quotannis legendam et prudenter interpretandam ab iis ad quos illud negotii pertinet.

Alterum subsidium pecuniæ ope non minus est necessarium ad ecclesias, scholas, instituta benefica alia multa ut succurratur migrantibus egenis maxime quando lacessantur ab hæreticis et schismaticis. Fidens Commissio zelo prælatorum multis rebus litandis pro tam necessario opere paratorum ex animo : duas vias aperit : unam ut unusquisque episcopus polliceretur ad decennium a prima die januarii 1910 collationem pecuniæ semel quotannis quæsitam a fidelibus die quadam dominica aut festiva de præcepto in omnibus ecclesiis oratoriisque post annuntiationem dominica precedente publicatam. Alteram ut pro sponderet item unusquisque episcopus, item ad decennium, ut quotannis daret quatuor scutata pro mille incolis fidelibus sibi commissis, quam summam sibi adsciret ea via quam ipse mallet eligere.

3° Quicumque modus præferatur Commissio proponit ut pecunia statim ut collecta mittatur archiepiscopo Sancti-Bonifacii qui congreget in commissionem episcopos quorum interest ut simul cum illis pecuniam distribuat prout unicuique ex illis opus erit.

4° Quod attinet ad quæstionem arduam et implexam de episcopo rutheno non visum est commissioni de ea judicare, sed linquit episcopis quorum interest ut de ea tractent cum Sancta Sede ejusve Delegato in Ditione Canadensi.

Hæc omnia submittuntur reverenter.

C.-H. Gauthier
Archiep. Kingston.
*Præses.*

F.-X. Cloutier,
ep. Trifluvianus,
*Secretarius*

(RELATIONES)

### LITTERÆ PROCURATORIS QUEBECENSIS AD SECRETARIUM EPISCOPORUM

" Reverenter porrigo generales Concilii expensas, omissa enumeratione minutiori.

" Taxa secundum numerum exhibitum singulis (diœcesibus) imponetur. Nihil seminarium (Quebecense) voluit petere pro aulis commissionum et congregationis synodalis, famulis, oratoriis, calefacienda, illuminanda domo. A nobis rependentur (seminario) aræ, tabulæ, alia "

— — —

### EXPENSÆ GENERALES PRIMI CONCILII PLENARII QUEBECENSIS

—

| | |
|---|---|
| Offeruntur Delegato Apostolico scutata | $ 1000.00 |
| " Rmo D. Paquet | 1000.00 |
| " D. Laflamme | 200.00 |
| " D. Laberge | 200.00 |
| " D. Lortie | 100.00 |
| " D. Lindsay | 50.00 |
| " D. Huard | 50.00 |
| Datum Basilicæ pro sacristis, lumine ex electro, etc | 300.00 |
| " Aurigis | 408.23 |
| " Religiosis (puellis) charitatis, cussinis, ornamentis, mundando linteo | 239.89 |
| Rationes Delegati, Indulg. Breve, nuntii per telegraphum | 79.95 |

| | |
|---|---|
| Convictus in domo archiepiscopi ipsius. Delegati cum secretario et theologis . . . . . . . . . . . | 613.00 |
| Faldistoria. Sellæ . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 387.00 |
| Viginti altaria, 82 tabulæ, ornamenta . . . . . . . . | 860.29 |
| " " " " | 193.38 |
| Cæremoniale Concilii . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 135.00 |
| Manuale practicum . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 107.04 |
| Prælo cusa aut dactyligrapho . . . . . . . . . . . . . . | 999.78 |
| Pro imprimendo exemplari mittendo Romam . . . . . . | 700.00 |
| Nuntii per funem trans oceanum ad Papam et ad Regem . . . . . . . . . . . . . . . | 25.19 |
| Convictus, itinera eorum qui Concilio servierunt . . . | 1469.25 |
| Musica in cathedrali ecclesia . . . . . . . . . . . . | 100.00 |
| Pro ministris missæ . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 100.00 |

### CONGREGATIO EPISCOPORUM

*Sabbato, 30 octobris 1909, tertia pomeridiana.*

Omnes adsunt excepto eodem Apostolico Vicario infirmo.

Eximias litteras Excellentissimus Præses a se ipso scriptas legit unam ad Eminentissimum Præfectum S. Congregationis Concilii, altera, ad Em. Præfectum S. C. de Propaganda Fide, nomine Patrum qui plene acquiescunt.

Approbant, Eodem Excellentissimo Præside proponente, decreta de subscribendis decretis et de promulgatione decretorum.

Rogante Quebecensi, subscribunt Patres nomina sua supplicationi ad Sanctissimum ut dignetur signare decretum ad introducendam causam Beatificationis Patris Captier et duodecim comitum ejus Lutetiæ Parisiorum interfectorum die 25 maii 1871.

In titulo secundo, capite quinto *De conversatione cum acatholicis*, articulo secundo, linea nona, " qua tali " aufertur. Initium sententiæ linea decima sic legitur : " Prohibentur etiam catholici ". Articulo quarto linea septima, prima vocabula sententiæ " Tolerari potest " dant locum inciso : " Tolerari autem potest

ut comitentur funera acatholicorum ". Articulus *De Judæis* expungitur.

In capite sexto *De societatibus fugiendis* pagina vigesima tolluntur sectiones *c*) et *e*). Pagina autem vigesima tertia articulo quarto Patres addunt : " Sed in singulis casibus recurrendum est ad Delegatum Apostolicum ".

Eadem pagina 23, sectione *c*) ponitur " autem " post " confusionem " et linea quarta post " addictas " Patres addunt : " Simpliciter suspecta et in variis regionibus diffusa ".

Accepto capite septimo *De socialismo* statuitur habitum iri sessionem hora octava serotina.

CONGREGATIO EPISCOPORUM

*Sabbato, 30 octobris 1909, hora octava vespertina.*

Nemo aberat præter Vicarium Apostolicum ægrotantem.

Excellentissimus Præses legit litteras quas, petentibus Patribus, ipsa composuit ad Sanctissimum nomine Concilii quibus tam sententiarum altitudine quam pulchritudine sermonis egregiis nullus non Pater plausit signaturus congregatione crastina.

In titulo secundo caput octavum *De spiritismo et hypnotismo* et caput tert[illegible] *De modernismo* nullam mutationem patiuntur.

In capite quarto *De relationibus inter clerum sæcularem et clerum regularem* sub titulo sexto, pag. 25, articulo 170, linea 19ª " sui " pro " sacri " scribitur. In titulo quinto capite primo *De clericorum perfectione spirituali* articulo octavo novum articulum subjungunt Patres : *Unio apostolica.* " Quum Sanctitas Sua Pius Papa decimus in litteris *Hærent animo* commendaverit associationes sacerdotum qui unione quæ dicitur apostolica aut alio simili fœdere in pietate zeloque fovendo mutuo se adjuvant, quumque nostris diœcesibus quibusdam multum inde boni jam accreverit, non possumus non probare presbyteros qui conjunctis viribus suis suorumque fratrum perfectioni tam sapienter consulunt ". Articulo octavo *Sæcularis administratio* capitis secundi *De rebus clerisis prohibitis* Patres addunt sectionem *d*) :

" In societatibus a laicis directis ad mutua pecuniæ subsidia membris impartienda, nullam accipiant functionem administrativam sine permissione episcopi ".

Statuunt Patres post promulgatum primum Concilium Quebecense plenarium, denuo editum iri tum gallice tum anglice Appendicem ad Rituale Romanum ita reformatam ut cum decretis hujus Concilii conveniat. Quebecensis rogatus annuit ut grave hoc opus aggrediatur, proponendum archiepiscopis qui suffraganeos consulent.

Ultimo loco statuunt Patres ut jejunetur vigilia solemnitatis Deiparæ in cœlum assumptæ quod faustum Concilii felixque sit et ejus fructui. Marianopolitanus iterum orat ne quid intentatum relinquatur ut precibus, auxilio, invitatis clero populoque ut intersint et faveant, reddatur certior felix congressus eucharistici exitus ad majorem Dei incarnati gloriam sub sacramento delitescentis.

Oratione finis imponitur serotino cœtui.

## CONGREGATIO EPISCOPORUM ULTIMA

*Kalendas novembris hora octava ante meridiem.*

Extra solitum ordinem congregatos Patres antequam processione solemni ultimam Concilii sessionem adirent, Excellentissimus Præses splendida concione latine alloquitur. Magno affectu humilitatis gratum se exhibet pro eo non æquo pignore quo Patres recognoscere utcumque volebant quam optime de Concilio meruerit Præses. Valde perculsum et motum se dixit imprimis veneratione, submissione profecto, quam Joliettensis pro Patribus significabat litteris datis ipso die expirantis Concilii, quod mihi fuit pulcherrima et jucundissima mercedum, inquit. Mille autem scutata illico dono dedit Archiepiscopo Sancti-Bonifacii pro Ruthenis. Extulit Concilii labores quanta pace et cordium omnium conspiratione peractos, quanto bono inde in totam Canadensem Ecclesiam, ut a Deo speramus, inundaturo. Collegium episcoporum gentilitium semper egredi a tali conventu fortius, conjunctius, doctius, ferventius ad

prosequendum opus, regenerandos clericos, religiosos, fideles, pastorali sollicitudini suæ concreditos.

Petente Halifaxiensi, ex capite XIII *De relationibus inter Ecclesiam et Statum* (tituli I) articulo quinto, linea octava, abscindunt Patres verba : "Unde Leo XIII" et reliqua usque ad finem articuli.

Secretarius linguæ gallicæ postea oratur ut scribat pro Patribus grates ad Quebecensem et domum tam hospitalem, pro tanta benevolentia et comitate, iterum ut scribat rectori et moderatoribus seminarii Quebecensis qui et episcopis et synodalibus aulas aperuere gratis.

Postulat Joliettensis et impetrat ut Patres inquirant a Gubernio Fœderali pœnas graves legibus edicendis in conjuges concubinarios publice et contra eos qui naturali lege conculcata illiciunt puellas honestas ad meretriciorum commercium. Quebecensis, Torontinus cum Joliettensi requisitionem verbis concipiunt archiepiscopis approbandam. Postea subscripserunt Patres litteras ad Suam Sanctitatem.

Tum in Pontificalibus procedunt Patres ad Basilicam Nostræ Dominæ Immaculatæ Quebecensem finem facturi Concilio, subscripturi super altare decretis conciliaribus, hymnum Te Deum cantaturi pro tantis gratiis a Christo Deo profusis in æternæ memoriæ Concilium Quebecense Plenarium Primum.

---

Concordat cum originali.

A Secretis : † Josephus-Alfridus, episcopus Joliettensis.

C.-A. Marois, P.-A.,
Promotor Concilii.

# INDEX DECRETORUM (1)

## I

## PARS DOGMATICA

TITULUS I. — *De doctrinis fidei.*
Cap. 1. — De revelatione.
Cap. 2. — De fide.
Cap. 3. — De Deo.
Cap. 4. — De homine.
Cap. 5. — De Verbo incarnato.
Cap. 6. — De peccato originali et gratia.
Cap. 7. — De purgatorio.
Cap. 8. — De novissimis.
Cap. 9. — De indulgentiis.
Cap. 10. — De Ecclesia.
Cap. 11. — De Romano pontifice.
Cap. 12. — De societate civili.
Cap. 13. — De relationibus inter Ecclesiam et statum.

TITULUS II. — *De fidei periculis.*
Cap. 1. — De rationalismo dogmatico.
Cap. 2. — De rationalismo sociali seu de liberalismo.
Cap. 3. — De scholis acatholicis seu neutris.
Cap. 4. — De libris pravis et periculosis. De bibliothecis publicis.
Cap. 5. — De conversatione cum acatholicis.
Cap. 6. — De societatibus fugiendis.
Cap. 7. — De socialismo.
Cap. 8. — De spiritismo et hypnotismo.

(1) Juxta ordinem hujus prioris Indicis omnia schemata examinata et discussa sunt in variis commissionibus, nec non et in congregationibus synodalium et episcoporum.

II

## PARS DISCIPLINARIS

### De personis

Titulus III. — *De variis clericorum gradibus.*
Cap. 1. — De episcopis.
Cap. 2. — De metropolitanis.
Cap. 3. — De vicario capitulari seu de administratore.
Cap. 4. — De vicario generali.
Cap. 5. — De capitulis et canonicis : de consultoribus.
Cap. 6. — De parochis vel rectoribus missionum.
Cap. 7. — De vicariis parochorum.
Cap. 8. — De sacerdotibus infirmis.
Cap. 9. — De sacerdotibus peregrinis.
Cap. 10. — De sacerdotibus lapsis.
Cap. 11. — De concilio provinciali et de synodo diœcesana.
Cap. 12. — De incardinatione et excardinatione sacerdotum.

Titulus IV. — *De clericorum institutione.*
Cap. 1. — De vocationum delectu.
Cap. 2. — De minoribus seminariis.
Cap. 3. — De seminariis majoribus.
Cap. 4. — De studio Scripturæ sacræ.
Cap. 5. — De fovendis seminariis clericisque adjuvandis.
Cap. 6. — De examine juniorum sacerdotum.
Cap. 7. — De collationibus theologicis.
Cap. 8. — De collegio canadensium romano.

Titulus V. — *De officiis clericorum.*
Cap. 1. — De clericorum perfectione spirituali.
Cap. 2. — De rebus clericis prohibitis.
Cap. 3. — De munere cleri circa electiones politicas.

Titulus VI. — *De personis religiosis.*
Cap. 1. — De regularibus.

Cap. 2. — De monialibus.
Cap. 3. De institutis votorum simplicium.
Cap. 4. De relationibus inter clerum regularum et clerum sæcularem.

Titulus VII. — *De catholica institutione juventutis.*
Cap. 1. De catholica institutione in genere.
Cap. 2. — De puerorum institutione domestica.
Cap. 3. De scholis primariis.
Cap. 4. — De scholis secundariis.
Cap. 5. De universitatibus catholicis.
Cap. 6. — De studiis philosophicis.

Titulus VIII. — *De christiana eruditione populi.*
Cap. 1. — De catechismo.
Cap. 2. De prædicatione.
Cap. 3. — De sacris missionibus ad populum.
Cap. 4. De sacris missionibus apud infideles et acatholicos.
Cap. 5. De lectione sacræ Scripturæ in lingua vernacula.
Cap. 6. — De precum libris et libellis.
Cap. 7. — De libris honestæ lectionis.
Cap. 8. — De quotidianis et periodicis foliis.

Titulus IX. *De pietate promovenda in populo.*
Cap. 1. — De mediis promovendæ pietatis.
Cap. 2. — De vitiis extirpandis.
Cap. 3. De ebrietate ejusque remediis.
Cap. 4. De sollicitudine erga pueros.
Cap. 5. De advenarum cura.
Cap. 6. De cura eorum qui in sylvis materiantur.

Titulus X. *De variis laicorum officiis.*
Cap. 1. De electoribus.
Cap. 2. — De legislatoribus.
Cap. 3. — De judicibus.
Cap. 4. De advocatis.
Cap. 5. — De medicis.

Cap. 6. — De patronis et opificibus.
Cap. 7. — De scriptoribus catholicis.
Cap. 8. — De actione sociali catholica.

De rebus

Titulus XI. — *De sacramentis.*
Cap. 1. — De sacramentis in genere.
Cap. 2. — De baptismo.
Cap. 3. — De confirmatione.
Cap. 4. — De SS. Eucharistiæ sacramento.
Cap. 5. — De pœnitentia.
Cap. 6. — De extrema unctione.
Cap. 7. — De ordine.
Cap. 8. — De matrimonio ejusque celebratione.
Cap. 9. — De impedimentis matrimonialibus.
Cap. 10. — De matrimoniis clandestinis.
Cap. 11. — De matrimoniis mixtis.
Cap. 12. — De divortio.
Titulus XII. — *De cultu.*
Cap. 1. — De cultu Deo et sanctis exhibendo.
Cap. 2. — De observatione diei dominicæ et festorum.
Cap. 3. — De missa.
Cap. 4. — De cultu SS. Sacramenti.
Cap. 5. — De cultu SS. Cordis Jesu.
Cap. 6. — De cultu SS. Familiæ.
Cap. 7. — De cultu B. V. Mariæ.
Cap. 8. — De cultu aliorum sanctorum.
Cap. 9. — De sacrarum reliquiarum et imaginum cultu.
Cap. 10. — De exequiis et suffragiis pro defunctis.
Titulus XIII. — *De locis sacris.*
Cap. 1. — De ædibus ecclesiasticis.
Cap. 2. — De cœmeteriis.
Cap. 3. — De sepultura ecclesiastica et de crematione.

TITULUS XIV. — *De piis operibus.*
Cap. 1. — De confraternitatibus.
Cap. 2. — De tertio ordine S. Francisci.
Cap. 3. — De operibus caritatis et misericordiæ.
Cap. 4. — De S. Petri denario.

TITULUS XV. — *De bonis ecclesiasticis.*
Cap. 1. — De jure Ecclesiæ.
Cap. 2. — De mediis providendi cultui divino.
Cap. 3. — Modi prohibiti pecunias pro causis piis colligendi.
Cap. 4. — De administratione bonorum ecclesiasticorum.
Cap. 5. — De alienatione bonorum ecclesiasticorum.

DE JUDICIIS

TITULUS XVI. — *De judiciis ecclesiasticis.*
Cap. 1. — De curiis episcopalibus.
Cap. 2. — De modo summario procedendi in causis clericorum.
Cap. 3. — De suspensione " ex informata conscientia. "
Cap. 4. — De modo procedendi in causis matrimonialibus.

